

Caspar Matthäus Müller Johann August Brandis


Disputatio Iuridica De Veritate Celata

Rostochii: Weplingius, 1691

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn756348595>

Druck Freier  Zugang





K. N. — 2 (145.)

1. Frommann, de commendatione.
2. Frommann, de arbitratu boni viri.
3. Frommann, de periculo datus.
4. Frommann, de innocentiae praesidio.
5. Frommann, general. et brevis notitia juris in imper. german. roma-
nu german. novo obtinentis.
6. Frommann, de vitio sustinuitatis et rei sustinuitae constitutione.
7. Frommann, primum imperium in Bruta.
8. Frommann, hypothesis juris sarracenorum singularis.
9. Schleenstein, delinquitio in d. ammu et Eram delinquentes.
10. Slenfing, de legatorum inviolabilitate.
11. Schlichter, de institutione heredis in codicillis facta.
12. Schlichter, null, de obligatione debitoris solutionem promit-
tentis, in moneta tempore solutionis recepta, praepriis sub-
ta mutatione monetae.
13. Schloffer, de banno judaeorum.
14. Schmidel, dominium eminentis.
15. Schnaderbach de respectu parentelae.
16. Schnaderbach, de petendis ex concursu usuris.
17. Schnaderbach, an optio minoris heredis, quam vulgo vocant,
aut Käufers, tantum locus sit in allodialibus? an et in fudalibus?
bonis?
18. Schnedermann, de favore pro parte conjugum.
19. Schneider, de crimine gratiae.
20. Schneider, de incompetencia actionis pignoralis contra
tertium.

21. Schneider, de reconventione in foro clericorum in foro
laicorum.
22. Schmitter, De matrimonio cum damnato ad mortem contra-
hendo. cum dno Gyrgoty simul p'mi Bada quondam illam mortali-
cruntan.
23. Hoorn, De sacramento Zenoniano. ad leg. IX. C. unde ubi
24. Hoorn, De prerogativa morum germaniae in concursu
cum l. receptis.
25. Hoorn, De privilegiis sac. piamum causarum circa usuras
in concursu creditorum
26. Hoorn, ^{ut} ecclesiastica beneficia sine diminutione conferantur.
27. Hoorn, De expectativa ecclesiastica.
28. Hoorn, De possessione universitatis et quomodo ab eadem
possidetur?
29. Hoorn et argumenta juris ΠΡΟΕΔΡΙΑΣ.
30. Hoorn, De iuribus uterinozum.
31. Hoorn, De hypotheca legati ⁱⁿ Radinis et passibus metelli-
cis.
32. Müller, De veritate celata.
33. Müller, De demonstratione autoris in delictis.
34. Müller, De virgine nobili meo. lib. jusque p'mo circa
Landa.
35. Müller, De esoula racivo, num. stud. p'liet.
36. Müller, De foro legati contrahentis.
37. Müller, De delatione juramenti contra matrimonium.

DISPUTATIO JURIDICA
DE
**VERITATE
CELATA**

QVAM
Divinâ annuente gratiâ

ET
Magnifico Jctorum Ordine in Illustri
Rostochiensium Academiâ permittente
PRÆSIDE

DN. CASPAR. MATTH.
MÜLLERO. U. J. D.

Placido Eruditorum examini
Ad diem 7. Aprilis. A. O. R. M. DC. XCI.
IN AUDITORIO MAJORI

subjicit
JOHANN. AUGUSTUS Brandis.



Rostochii Typis JOHANNIS WEPPLINGII, Univers. Typogr.

DISPUTATIO JURIDICA
DE

VERITATE

CELLATA

QVAM
Divinae scientiae gratia

ET
Magnifico Honorum Ordine illustri

Rechtswissenschaftlichen Academie peritissimae
PRAGENSIS

DR. CASPAR MATTHER

MÜLLER

Publico Auditorio Majori
in Praga

JOHANN AUGUSTUS BRANDIS

Receptor Johannis Weidmanni Typogr.



CAPUT PRIMUM

PROPONENS

Generalia quædam de Veritate Celatâ,

SUMMARIA.

Veritatis studium Sacra Scri- Quotnam mendacii species sunt
ptura commendat. - n. 1. jure canonico, remissivè? n. 16.
Veritas dix per torturam extor- An omne mendacium peccatum
queri potest. - - n. 2. sit? - - n. 17.
Natura nos obligat ad dicen- Pœna, quæ mentientibus insti-
dam veritatem. - n. 3. guntur, dolum requirunt. n. 18.
Quatenus? - - n. 4. Quod declaratur exemplo (1)
Verum (1.) idem notat quod ju- possessoris, qui negat se possi-
stum. - - n. 5. dere. - - n. 19.
(2.) Opponitur imaginario, n. 6. (2.) Fidejussoris, - - n. 20.
(3.) simulationi. - - n. 7. Violatur veritas (2.) si quis infi-
(4.) Falso. - - n. 8. diosè & obscure respondeat n. 21.
(5.) Fictio. - - n. 9. Quomodo interrogatus respon-
(6.) Presumptio, - - n. 10. dere debeat? - - n. 22.
(7.) Opinioni. - - n. 11 Violatur (3.) veritas celando.
Celandi vocabulum quot modis
accipiatur? - - n. 12 An liceat celare veritatē? n. 24.
Quid sit veritas? - - n. 13. Defenditur affirmativa. n. 25.
Violatur veritas (1.) mendacio Quibus casibus? - - n. 26.
n. 14. Resp. ad contraria. n. 27.
Mendacium quotuplex, n. 15.

A 2

§. Ve-



§. 1.

Eritatis studium nobis commenda-
tissimum esse voluit Sacra Scriptura,
quæ diabolum, pessimum humani
generis hostem, mendaciorum au-
torem & patrem dicit, *Joh. 8. vers.*
44. adeoq; à nobis aliena esse jubet.
Eò tamen prohi dolor! hodiè res
devenit, ut veritas non nisi per tor-
turam ac Juramenta, & ne sic qui-
dem exprimi ab invitis possit; quor-
sum enim tendunt seu respiciunt

1.
2.
3.
4.
pœnæ pejerantibus dictatæ, nisi quod non desint qui veritatem
juratò dissiteri non vereantur? De testibus sanè torquendis ad
extorquendam veritatem, ut reos ipsos nunc taceamus, frustra
disputaretur si veritatis debitum, ad quod naturâ duce obliga-
mur, spontè exsolverent contumaces. Natura certè dum lin-
guam dedit mentis indicem, ad dicenda & proferenda quæ sen-
timus, simul nos obligasse videtur: quod tamen neutiquam
eò extendi debet, quasi quæ sentimus omnia & indistinctè aliis
exponere teneremur; reclamatur huic quod vulgo, *sed verè dicitur,*
fide, sed cui fidas, vide. Ad ea sola quæ sentimus, quæq;
alios scire oportet, manifestanda natura nos obstringit. Cate-
rùm cum nec hoc ubique obtineat, sed credulitati suæ quando-
quæ damnum, si quod ex celatâ ab altero veritate sensit, impu-
tare debeat *l. 3. in fin. ff. ut in possess. legat.* concurrente imprimis
regula, tum quæ cautius mercari *l. 3. C. de Furt.* tum quæ accu-
ratè in conditionem ejus, cum quo contrahimus, inquirere ju-
bet, *l. 19. ff. de Reg. Jur.* Inde præsentis dissertatione quædam de
eo proponemus, quando sc. ad manifestanda quæ scimus, alteri
obligemur. Antequam verò eò descendimus, generalia quæ-
dam quæ rubro explicando inserviunt, hic præponemus, ad spe-
cialia postea progressum B. C. D. facturi.

§. 2. Inscibitur disputatio præsens de Veritate Celatâ,
de utriusque vocabuli naturâ & variis in jure acceptionibus
quædam præmittemus. Et quidem quod veritatis vocabulum
attinet

attinet, eam à vero dici vulgò notum est. Verum autem va-
riis accipitur modis; (1.) enim verum idem notat quod justum,
æquum, ita Jctus Modestinus in l. 3. ff. de in integr. rest. post-
quam dixerat non concedi in integrum restitutionem, nisi ju-
stitiâ causæ examinatâ, statim subjicit, an causa verâ h. e. justâ,
æqua sit. (2.) Verum opponitur imaginario, ita venditio vel vera 6.
est, vel imaginaria, hæc dicitur, quando non id agitur ut res
in emtorem transeat, quod fit in venditione verâ; talis imagi-
naria venditio jure veteri adhibebatur in emancipatione libero-
rum. §. 6. f. Quib. mod. jur. patr. pot. solv. item si res alicujus mo-
menti unico vendatur nummo l. 55. ff. de contr. emt. ibique Go-
thofred. in not. lit. e. quod & in locatione usu venit l. 47. ff. locat.
(3.) Verum opponitur simulationi. s. t. C. Plus. val. quod ag. quam
quod simul. concip. Ita contractus alius est verus, alius simulatus, 7.
ille hoc in sensu dicitur, de quo celebrando inter partes verè
agitur; hic verò qui ad illum tegendum adhibetur, quod im-
primis fieri consuevit, quando partes contractum jure velle-
ge inter eas prohibitum, celebrare intendunt, ut si sub specie
emtionis conjuges sibi quid donent, donatio enim inter con-
juges prohibita t. t. ff. de Don. int. vir. & ux. aut contractus pigno-
ratiuus ad velandas usurarias pravitates geritur. Lauterb. de Contr.
emt. p. m. 504. Quot modis hoc fiat? vid. ap. Carpz. P. 2. C. 1. De 2.
de effectu vide Lauterb. Comp. Jur. d. l. Brunnem. ad l. 3. C. de
Contr. emt. Faber. in C. l. 4. tit. 17. D. 3. (4.) Verum opponitur falso. 8.
Sed sicut falsum non eodem modo dicitur, ita nec verum hoc
in sensu uno modo accipitur, interdum falsum notat veritatis
dolo malo factam immutationem. t. t. ff. ad. L. Corn. de fals. & sic
veritas est congruentia oris & cordis; aliquando falsum dicitur
omne quod non est verum, etiam si non extmendacio vel frau-
de procedat, notante Schard. in Lexic. Jurid. voc. Fals. Procura-
tor quoq; alius dicitur verus. L. vero 12. pr. ff. de solut. alius falsus.
Lauterb. in Comp. Jur. ad. tit. de procurat. pag. 105. Ille vocatur
qui mandatum habet, hic, qui eo destituitur. Ita dicitur tutor
quoque verus vel falsus vid. tit. ff. Quod fals. sut. auctor. (5.) Verum 9.
opponitur ficto, ita traditio est vel propria, vel impropria, illa vel
vera, vel ficta. Vid. Excell. Dn. Stryk. in Disp. de Possess. Instrum. Dn.
Redek.

Redek. ad §. 40. *Inst. de R. D.* ita vera dicitur traditio, quæ verè & actu ipso intervenit, *ficta*, quæ intervenisse fingitur §. 43. *J. de Rev. Div.* in rebus sc. quæ naturâ suâ tradi possunt, ne aliâ fictio ad impossibilia trahatur. vid. Brunnem. ad l. 24. ff. locat. n. 1. Hoc sensu quoque dominium aliud est *verum*, aliud *fictum*, illud quod verè & actu jam quæsitum est, hoc; quod acquisitum fingitur; ita Prætor fingit usuccepisse, qui antequam usucaperet, rem amittit §. 3. §. 4. *Inst. de Act. 2. c. ff. de Publ. in rem act.* Sic etiam consensus alius *verus* est, a ius *fictus*, ille in veris, hic in quasi contractibus intervenit vid. Vinn. ad pr. *Inst. de Oblig. quæ qf. ex contr.*

10. fundunt (6.) Opponitur *veritas presumptioni*, ita donatio vel vera est, vel *Presumpta*; mandatum quoque vel *verum* dicitur, vel *presumptum*, illud vocatur, quando expressè aliquid mandatum est, hoc, quando mandatum præsumitur, ut si quis sciat & patriatur negotia sua geri l. 6. §. 2. l. 18. ff. Mandat. Tandem *veritas* opponitur *opinionem*, ita in §. 11. *Inst. de leg.* dicitur, plus valere quod in *veritate* est, quàm quod in *opinionem*. Alia quæ hic addi possent, brevitate studio omittimus, id unicum addentes, *veritatem* in hac rubricâ accipi pro congruentiâ oris & cordis.

12. §. 3. Vocabulum *celandi*, quæ non eodem modo accipitur, si enim scribitur per e sic idem est, quod insculpere, notante Schard. in *Lex. Jurid. voc. celare*; ubi etiam hoc sensu per e scribi asserit, vid l. 19. §. 11 ff. de Aur. § Arg. leg. & in l. 13. ff. de Cond. furt. mentio fit *celaturæ*; alias verò idem est quod *supprimere*, *tegere*, *verhehlen* & dicitur vel de hominibus, ita in l. 1. ff. de Fugis. fugitivus *celari* dicitur; vel rebus, inde in materia furti notum est proverbium: *Der Diebler ist so auth als der Stehler* vid. §. 4. *J. de Oblig. quæ ex del. nascunt. in fin.* Aliquando dicimur *celare* ea quæ scimus & sentimus. Et sic idem est quod *reticere*, uti hic accipimus.

13. §. 4. *Missis* jam variis utriusque vocabuli acceptio-nibus, *veritatem* definimus vel describimus, quod sit congruentia oris & cordis, cum id quod corde sentimus, ore proferimus. Hæc

Hæc variis violatur modis (1.) si quis aliter quam scit & sentit, 14
loquatur, quod fit in mendacio; quod dividi solet in doloſum, 15.
jocoſum, & officioſum, illud Mascard *de Probat. Vol. 2. Concl.*
1043 definit, quod fit falſa ſignificatio vocis cum intentione fal-
lendi. add. Accuſ. *in l. De etate 11. ff. de Interrog. in jur. fac.* Aliter
Brunnem: *ad. d. l. 11. n. 13.* Jocolum, quod ſine intentione fal-
lendi animi tantum cauſa profertur; Officioſum, quod alicui
profuturum creditur, *Exod. 1. verſ. 18. 19. Job. 2. verſ. 4. 5. 6.* Jus 16.
Canonicum *in c. Primum c. 22. Q. 2.* octo facit mendaciorum
genera, quæ ibidem legi poſſunt.

§. 5. De eo acriter diſputari ſolet, an omne mendacium,
etiam officioſum peccatum ſit? quam litem noſtram non faci-
mus, id certum (1.) quod jure Canonico mendacium etiam 17.
officioſum inter peccata reputetur per *c. is autem c. 22. qv. 2.*
Nec ideo ullum mendacium putandum eſt non eſſe peccatum, quia
poſſumus aliquando alicui prodeſſe mentiendo, poſſumus enim &
furando, ſi pauper, cui palam datur, ſentit commodum, & dives,
cui clam tollitur, non ſentit incommodum, nec ideo tale furum quiſ-
quam dixerit non eſſe peccatum. Nec (2.) dubitandum, poenas 18.
omnes quæ mentientibus, à quibus ſeparamus mendacium di-
centes vid. *c. is autem c. 22. qv. 2.* in jure noſtro inſliguntur, illos
tantum manere qui dolo, vel latâ culpâ negant. Schrad. *de Feud.*
P. 9. c. 6. n. 28. Hering. de Fidej. c. 27. p. 1. n. 210 Sichard. *ad. Aurb. Item*
poſſeſſor. C. Qui pot. in pign. Sic, ut pauca tantum tangamus, ſi 19.
poſſeſſor actione reali conventus ſpecificè, vid. Brunnem. *ad L. fn.*
ff. de Rei. Vind. n. 4. neget ſe poſſidere, ad petitionem actoris
Brunnem. *d. l. privatur poſſeſſione*, eaque in actorem transfer-
tur *l. fn. ff. de Rei. Vind.* quod tamen non aliter locum habet, quam ſi
dolo vel latâ culpâ neget. Alex. *Vol. 6. conſ. 35. n. 1.* Guttierrez. *in Aurb.*
Sacramenta. C. ſi adverſ. vend. n. 6. Ita quoq; ſi fidejuſſor neget ſe fide- 20.
juſſiſſe, privatur quidem beneficiis ſibi competentibus *l. 10. §. 1. ff.*
de Fidej. ibiq; Brunnem. n. 2. Hering. de Fidej. c. 27. p. 1. n. 110. Carpz.
P. 1. Conſ. 18. D. 6. poenam tamen privationis non incurrit, qui
ſine dolo per jocum negat, vid. Diſp. Dn. El. Aug. Stryck. *de joco*
§. 24. Quod variis exemplis declarat Brunnem. *ad. l. De Etate*
11. ff. de Interrog. in jur. fac. quæ ad propoſitum properantes miſſa
facimus. §. 6.

21. §. 6. Violatur (2.) congruentia oris & cordis, si quis
insidiosè & obscurè respondeat. Gothofr. ad l. 43. §. 2. ff. de Contr.
emt. lit. p. nam interrogatus à iudice clarè & simpliciter deponeri re-
spondere, sage wahr/ sage nicht wahr/ nec de credulitate deponenti
22. creditur, nisi de facto alieno deponat, vid. Guil. l. 1. O. 82. Brunnem.
in Proc. Civ. c. 17. n. 19. Rec. Imp. de Anno. 1654. §. 3. In welchen Ende 49.
ubi hæc leguntur verba: Durch das Wort: wahr oder nicht wahr/
so viel ihre eigen Geschäfte betriffe/ so viel aber frembde Geschäfte betriffe.
add. Brunnem. ad l. 1. §. 4. ff. de Interrog. in iur. facend. ubi simul pœ-
nam obscurè respondentis subjungit.

23. §. 7. Violatur (3.) oris & cordis congruentia, non tan-
tùm falsum substituendo, aut insidiosè loquendo, sed & verita-
tem celando. Dicitur autem veritatem celare, qui quæ scit & sen-
tit, ore non profert; quod à priori maximopere differt, hic ve-
rum solum tacetur, ibi falsum pro vero substituitur, de qua reti-
centiâ quædam proposituri sumus. Cæterùm antequam eò de-
veniamus, paucis in antecessum inquirendum erit, an liceat ali-
quando celare veritatem? Dubium non leve nobis movet quod
24. legitur in c. Quisquis 11. qv. 3. & c. 1. X. de Crim. falsi. Uterq; reus est,
& qui veritatem occultat, & qui mendacium dicit, quia ille prodes-
se non vult, & hic nocere desiderat, unde etiam Arnold. Reyg. in
Thes. Jur. voc. veritas, veritatem tacere ad peccata mortalia refert,
& Dn. Brunnem. ad l. 29. §. 2. §. 3. ff. Mandat. n. 6. dolo proximum
esse dicit, non nuntiare alteri, quod alterius refert, hinc & infe-
rius D. V. dicitur, ad veritatem manifestandam invitos cogi posse.
Conf. Dn. Mev. P. 6. D. 146. ubi n. 8. mentitur, inquit, cum qui dicit
falsum, cum & qui celat verum, & Gothofr. in not. ad l. Ea quæ 43.
§. 2. ff. de Contr. emt. lit. p. falsum inquit, committit, qui tacet, quod
dicere debuit. Sed cum in §. 1. b. c. dictum sit, ex debito veritatis
quod natura in jungit hæc dependere, inde ad allatam quæ-
stionem respondemus, quod ubicunq; cessat veritatis debi-
25. tum, seu necessitas veritatem manifestandi, cesset improbitas
celatæ veritatis, unde Gram. theor. 3. n. 4. infert, quod veritatem
celare liceat ob propriam salutem, quod Arnold. Reyg. in Thes.
Jur. voc. Veritas de jure fori, non poli verum esse existimat. Affe-
ram quæ hac de re more suo i. e. eruditè & elegantissimè scripsit
J. C. Tiffimus

Ictiffimus Mev. P. 6. D. 146. ubi hæc leguntur verba: *Non ut
 omnis qui falsum dicit peccat & tenetur, sic & qui verum non profert.
 Nam est silentii licentia, ex qua non est necessitas dicere quæ ad sunt,
 sed est saltem in silentio peccatum, primò, si accedit callida veri occul-
 tatio, ut sciri ab alio non possit, deinde si adfit dicendi debitum. Quæ
 alius explorando scire potest, alius dicere non debuit, argumenta
 doli non sunt, & si non dicta, dummodo falsis non velata. Unde se- 26.
 quentia inferimus: (1.) Posse celari quæ alius explorando re-
 scire potest, unde infra concludemus, non teneri venditorem
 animalis, de vitio ejus quod in sensus exteriores incurrit, adeò,
 ut quamvis contrarium dixerit, non obligetur. l. Ea quæ 43. § 2. ff.
 de Contr. empt. aut scire debet, quod in c. 2. § 2. demonstrabitur
 exemplo creditoris, qui filiosam: quem talem esse scire debe-
 bat propter præsumptionem, qua unusquisque filiosam: præ-
 sumitur, cum emancipatio facti sit, pecuniam dedit mutuan,
 (2.) inde inferitur, quod, ubicunqve cessat veritatis debitum
 hæc utiq; celari possit, etiamsi quæ celantur talia sint, ut explo-
 rando resciri nequeant, ita veritatis debitum inter hostes cessat.
 Ex jam dictis simul patet responsio ad ea quæ supra in contrari- 27.
 um adduximus, locum sc. illa habere, quando quis dolo ea quæ
 alius explorando rescire non potest, ipse verò dicere debebat,
 reticet, in reliquis casibus obtinet quod Ictus asserit in l. 3. in fin.
 ff. ut in Possess. legat. quod quatenus procedat in sequentibus ex-
 ponetur.*

CAPUT SECUNDUM.

Quando & quatenus veritatem celare liceat ?

SUMMARIA.

C ontinuatia	n. 1	dum est.	-	n. 3.
In omnibus contractibus		Filiis. mutuum accipere probi-		
is qui contrahit, scire debet		bentur.	-	n. 4.
conditionem ejus, cum quo		Exceptio Scti Macedoniani		
contrahit,	n. 2.	quando locum habeat?		n. 5.
In mutuo tum in personam dan-		Creditor contra oppositam Scti		
tis, tum accipientis inquiren-		Macedoniani exceptionem		

B

non

non defenditur ex eo quod filio- umf. se talem celasse dicat. n. 6.	vocationem mandati celave- rint, an debitor b. f. mandata- rio solvens liberetur? n. 19.
Resp. ad objectionem. n. 7.	Revocatio mandati quotuplex. n. 20.
Filius, qui se falso patremf. dixit non iuratur exceptione S. C. i. Macedoniani. n. 8.	Fidejussor creditori solutionem à debitore factam celanti sol- vens, mandati actione solutū à debitore repetit. n. 21.
Probabili creditoris errori sub- veniendum est. n. 9.	Et creditor tenetur conditione indebiti. n. 22.
Ob neglectam inquisitionem cre- ditor creditum amittit. n. 10.	Inquisitio quando possit omitti? n. 23.
Filius solvens quod stipulanti promiserat, non liberatur. n. 11.	Maritus qui impragnatam pro virgine duxit, an rescissionem matrimonii petere possit? n. 24.
Fallis hoc, si filius, stipuletur ex causā castrensium vel q. ca. stensis peculii. n. 12.	Negantes eorumq. rationes ad- ducuntur. n. 25.
Apertā neglecta inquisitionis immunis est, qui non cum filiof. contraxit, sed aliā ratione in- in eum incidit. n. 13.	Affirmativa verior videtur. n. 26.
Pupillus sine tutoris auctoritate contrahens non obligatur. n. 14.	Qua Juri Divino quoq. conve- nient est. n. 27.
Obligatur tamen interdum in prajudicium tertii. n. 15.	An S. vi suprata repudiari pos- sit? n. 28.
Solutio ut recte fiat attendi de- bet (1.) ut solvatur ei, qui li- beram bonorum administrati- onem habet. n. 16.	Rationes pro negativa. n. 29.
(2.) Ne alii solvatur quam cui debetur? n. 17.	Affirmativa defenditur. n. 30.
Mandatario quando recte sol- vatur? n. 18.	Affertionis S. ii. ampliationes. n. 31.
Si mandans & mandatarius re- -	Propter impotentiam conjuga- lem matrimonium potest re- scindi. n. 32.
	Modo (1.) fit precedens. n. 33.
	(2.) immedi-

(2.) immedicabilis - n. 34. Commodans ob celatum rei
 Respondetur ad dubium. n. 35. commodate vitium, si com-
 An matrimonium cum scienter modatarius damnum inde
 inhabili contractum permit- senserit, commodatario ob-
 tendum sit? - n. 36. ligatur. - n. 50.
 Affirmativa defenditur. n. 37. Notatur Habnuius. - n. 51.
 An hac cohabitatio quoad por- Qui rem alienam donat, ad
 tionem statutariam pro ma- evictionem non tenetur. n. 52.
 trimonio habeatur? remissi Resp. ad l. obst. - n. 53.
 ve. - n. 38. Quando in donatione evictio
 Matrimonium cum servis con- prestanda? remissive. n. 54.
 tractum jure Civili re Cambium an recte cum deposito
 scinditur. - n. 39. comparetur? remiss. n. 55.
 Inter proprios homines verum Qui pecuniam cambialem repe-
 est matrimonium - n. 40. tit, in qua classe ponendus
 Sponsalia ob supervenientem sit in concursu creditorum
 furorens possunt dissolvi n. 41. - n. 56.
 Limitatur - n. 42. Res pignorat debet esse propria
 Propter celatum furorem iudex debitoris. - n. 57.
 statim dissolvere potest spon- Qui sciens rem alienam oppi-
 salia. - n. 43. gnoravit, extra ordinem stel-
 Quid de morbo contagioso sit lionatus tenetur, - n. 58.
 sentiendum? - n. 44. Ampliatur. - n. 59.
 Celata qualitas accidentalis Quando de re aliena oppi-
 non operatur rescissionem gnorata creditor datur actio?
 sponsaliorum. - n. 45. remiss. - n. 60.
 Declaratur exemplo, - n. 46. Si servus pignori datus furtum
 Limitatur. - n. 47. fecerit, an teneatur debitor?
 Propter celatam ignobilitatem n. 61.
 matrimonium non rescindi- In venditione nominis libera-
 tur. - n. 48. tur venditor si verum, licet
 Rescinduntur tamen quando in idoneum praestet. - n. 62.
 que sponsalia, - n. 49. Emptor, licet ignoraverit debi-
 torem

torum non esse solvendo, contra venditorem agere nequit.	minis verò non? - n. 76
n. 63.	Qui rem sibi oppignoratam vendidit, quando de evictione teneatur? - n. 77.
Venditor si celaverit debitorem non esse solvendo, tenetur.	Qui sciens rem extra commercium vendidit ad emtoris interesse tenetur. n. 78.
n. 64.	A quo tamen absolvitur justè ignorans. - n. 79.
Idè obtinet in delegatione. n. 65	Ut si solus emtor qualitatem rei sciverit. - n. 80
Declaratur exemplo n. 66.	Emtor rei furtivæ absque refusione pretii domino eam restituere tenetur. - n. 81.
Uxor mutuum accipiens marito id data, conveniri potest. - n. 67.	Ampliat (1.) - n. 82.
Si filius ex mutuo obligatus alteri delegetur, exceptione SCi Maced. non utitur. n. 68.	Ampl: (2.) - n. 83.
Corporales res que venduntur, sunt (1) vel existentes, vel futurae. - n. 69.	Venditor mancipii de vitis corporis, non animi tenetur. n. 84.
Quatenus teneatur emtor spei? n. 70.	Exceptio. - n. 85.
(2.) Vel proprie, vel alienæ n. 71.	Quid si servum commendaverit, an redhibitioni locus sit? n. 86.
Quatenus teneatur venditor rei alienæ? - n. 72.	Venditor animalis vitium patens exprimere nõ tenetur. n. 87.
Pactum, ne evictio præstetur, ignorantem quidem à refusione interesse, non verò à restitutione pretii liberat. n. 73.	Ampliat. - n. 88.
Sciens autem & interesse præstare tenetur. n. 74.	Vitium latens quando manifestare teneatur venditor? n. 89.
Qui sciens rem alienam emit, nec pretium repetit. - n. 75.	Ampliat assertio - n. 90.
Quare venditor rei corporalis ad evictionem teneatur, no-	Protestatio, se nolleteneri de vitis latentibus, tantum ignorantia prodest. - n. 91.
	In venditione animalium inter vitia

visia animi & corporis non distinguitur - - n. 92.	Qui ignorans verum rei preti- um idem scienti, sed celanti, vendidit, an ex dolo de lesi- one agere possit? - n. 103.
Si porcus venditus grandines babeat, an teneatur vendi- tor? - n. 93.	Per se et a venditione periculū rei vendita emtoris est, licet res nondum sit tradita - n. 104.
An propter celatam in fundo hypothecam venditio sit re- sciendenda? - n. 94.	Limitatur - - n. 105.
Quid si res sub conditione alte- ri obligata sit, an ad liberan- dum emtor agere possit? n. 95.	Per traditionem transfertur do- minium. - n. 106.
De servitutibus quatenus tene- atur venditor? - n. 96.	Limitatur in emtione venditio- ne, - - n. 107.
Protestatio, se nolle teneri de servitutibus, quid operetur tur? - - n. 97.	Locator rei alienae ad quid tene- atur? - n. 108.
De pensationibus quatenus te- neatur venditor? n. 98.	Resp. ad l. obst. 33. ff. locat. n. 109.
Res vendita in debita qualitate tradenda est. - n. 99.	Obligatur locator si rem vitio- sam locaverit - - n. 110.
Res iusto pretio est vendenda - - n. 100.	An hic distinguendum inter sci- entem & ignorantem. n. 111.
An de lesione conqueri possit, qui a sciente minus pretium statutum iri, frumentum majori pretio emit. n. 101.	An ad interrogationes, quae fie- bant coram Magistratu, in- terrogatus respondere tene- atur, an verò veritatem ce- lare possit? - n. 112.
Mercator qui tempore annonae frumentum vendidit pretio quidem eo tempore iusto, sed sum sciret nares venturas propediem abundantiam af- ferentes, an possit conveniri? - - n. 102.	Jure Canonico respondere no- mens pro confesso habetur. - n. 113.
	Quando haec poena locum habe- at? - n. 114.
	Instrumenta sunt vel publica, vel privata. - n. 115.
	Instrumentum à Notario in- habili, vel vitium quo labo- rat, ee-

celante factū, an valeat? n. 116.
In crimine læsæ Majestatis plu-
rima singularia occurrunt,
remissivè. n. 117.

Conscii hujus criminis illud re-
velare tenentur. n. 118.

Accusator si delictum plenè non
probaverit, torqueri potest.
n. 119.

Quomodo conscii ab hoc sese li-
berare possunt? n. 120.

Si Vasallus secreta Domini do-
losè revelaverit, privatur
fendo n. 121.

Idem est si rem feudalem esse
neget. n. 122.

An vasallus, qui scit à Conva-
sallo feudum negari, si Do-
mino id non detegat, feudo
privetur? n. 123.

Quod de crimine læsæ Majestatis
dictum est, ad alia crimina
non est extendendum. n. 124.

Rescripta quid, & quotuplicia?
n. 125.

Ut valeant rescripta requiritur
ut preces veritate nitantur.
n. 126.

Distinctionem rescriptorum in
sub: & obreptitia retineri
posse contra Menochium de-
fenditur n. 127.

S. 1.

1. **P**ostquam nunc in cap. præced. probavimus, quod veritatem aliquando celare liceat, ordinis ratio postulat, ut quando, & quatenus hoc jure liceat, nunc brevissimis exponamus. Et cum inter contrahentes nihil frequentius sit, quam contractus rescissionem exinde peti, quod qualitatem quandoque rei, quandoque personæ sibi ignotam fuisse alter asserat: Hinc quando & quatenus veritatem in contractibus alter impunè celet, hoc capite videbimus, si quid in aliis negotiis occurreret, quod notam mereatur, passim addituri.

2. **S.** 2. Agmen meritò ducunt contractus reales, & inter hos primum locum cum Imperatore in pr. J. Quib. mod. re contr. obl. tribuimus mutuo. Sicut autem in contractibus aliis, is qui contrahit, scire debet conditionem ejus, cum quo quo contrahit. l. 19. ff. de R. J. ne credulitati suæ serò nimis imputare cogatur, si se ex post facto læsum videat. arg. S. ult. Inf. de societ. Ita in mutuo in personam tum dantis, sunt etiam qui dare prohibentur l. 33. ff. de Reb. cred. Conf. Brunnem. ad l. 3. C. cod. tum.

tum accipientis merito inquirendum. Inter eos, qui accipere
prohibentur, referuntur filii familias. vid. Lauterb. ad Tit. de
SCro Maced. p. 396. quibus si mutua pecunia. l. 1. §. 3. l. 7. §. 3. ff.
10d. detur, creditoribus efficax actio denegatur. vid. Lauterb. d. l.
p. 398. propter obstantem exceptionem SCri Macedoniani t. t. ff. de
SCro Maced. add. §. 7. Inst. Quod cum eo qui in alien. potest. Ceterum
hæc exceptio tum demum obstat creditori, quando nec scivit, nec
scire potuit, paria enim sunt scire & facile scire posse. Mey.
P. 4. Decis. 48. n. 11. Brunnem. ad l. penult. ff. de SCro Macedon. acci-
pientem esse filiumf. l. 3. §. 2. l. penult. ff. de SCro Maced. Unde
elegans proposito nostro inserviens nascitur quæstio: An
possit creditor contra oppositam exceptionem SCri Maced. ex
eo defendi, quod hanc qualitatem à filiof. celatam asserat?
Cujus quæstionis negativæ calculum haud invito adjicimus;
movemur hac ratione, quod creditor accipientem vel mutuam
pecuniam petentem filiumfam: esse scire & debuerit & potu-
erit: Prius probatur tum per L. 19. ff. de Reg. Jur. ubi unusquisque
in conditionem ejus, cum quo contrahit, inquirere jubetur,
tum quod hoc SCtum introductum sit in odium creditoris. Eck.
ad. tit. ff. de SCro Maced. Schneidev. ad §. penult. Inst. Quod cum
eo qui in alien. potest. secus ergo esset, si favorem filiam: concerne-
ret, quam rationem adducit Brunnem. ad l. pen. ff. d. 1. forrè, quod
sic favori pro se introducto renuntiare filiusfam: posset l. pen. ff.
de Pact. Posterioris, quod sc. eum filiumfam: esse
scire potuerit, veritas inde probatur, quia unusquisque præsumi-
tur filiusfam & in potestate esse, cum emancipatio facti sit.
Brunnem. ad l. 3. ff. de SCro Maced. Christin: Vol. 3. Dec. 35. n. 7.
Eneickel. de Privileg. 12. cap. 3. n. 18. in. fin. & quamvis ignorantia,
si scientia non probetur, præsumatur l. 21. ff. de Prob. R. 47. de
Reg. Jur. in Stro. hoc tamen fallit, si id, cujus ignorantia præ-
tenditur, jure adesse præsumatur. Lauterb. in Comment. ad Tit.
de SCro Maced. §. 7. in fin. ut adeo exceptionem SCri Macedoni-
ani non amittat filiusf. etiamsi se talem esse celaverit, sed suæ
credulitati damnum imputabit creditor.

§. 3. Neutiquam tamen decipienti hic subvenimus fili-
ofam: quod si enim se patremf. falso dixerit, adeo non juvabitur
excepti-

exceptione SCti Macedoniani, ut omni potius juris beneficio indignus videatur l. 1. C. ad SCeum Maced. Brunnem. in Comment.
9. *ibid.* Eck. in Comment. ff. d. t. in fin. Sicut & probabili creditoris errori, quem tamen probare debet allegans. Lauterb. d. t. p. 396. non immeritò subveniendum erit. Brunnem. ad l. 3. ff. C. l. 1. C. de SCro Maced.

10. §. 4. Satis gravem ergo pœnam neglectæ inquisitionis fert creditor, amissionem sc. crediti, frustra in celatâ ab alterâ parte veritate se fundans. Quam eandem pœnam amissionis soluti tamen, sustinebit quoque, qui quod filios stipulanti promissit, eidem solvit. Pet. Fab. in Comment. ad tit. ff. de Reg. Jur. l. 19. n. 1. pro cuius meliore intellectu notandum erit, quod si quid filios stipuletur, obligatio & actio patri acquiratur l. 45 ff. de Verb. Obl. §. 4. Inst. de Inut. Stip. Vian. ad d. §. 4. n. 2. hinc si filiosam solvat, non liberabitur, sed patri adhuc actio superest. Fab. d. l. alii enim solvit, quam cui solvere debuit, § 10. Inst. de Mandat. l. 11. ff. de R. J. add. Lauterb. in Comp. Jur. ad tit. de solut. p. m. 1020. Sed hæc vera sunt, si quid filios stipuletur ex causâ peculii profectitii, hoc enim totum patris est. vid. omnino Lauterb. in Comp. Jur. ad tit. de Pecul. p. m. 415. In castrensibus ergo & quasi secus hæc omnia se habent, de his enim, cum hic filios habeatur pro patrefam. Lauterb. d. t. p. 405. rectè in iudicio agit l. 4. ff. de Judic. ut hinc quod ex hac causâ filiosam. promissum eidem rectè solvi possit. vid. pr. Inst. per quas pers. oblig. acquir.

11. §. 5. Dum ejus qui cum filiosam. contrahit, negligentiam in inquirendo accusamus, non possumus quin ab hac pœnâ negligentia immunem pronuntiemus, qui cum filiosam. non contraxit, sed aliâ ratione in eum incidit l. 19. ff. de Reg. Jur. Hinc si heres, quod filios. intuitu & contemplatione patris legatum est, eidem solvat, in totum liberabitur, ut nec à patre amplius inquietari possit. Fab. in Comment. ad d. l. 19. nam qui in alterius locum succedunt, justam habent ignorantia causam, an id quod petitur, debeat, vel non debeat l. 42. ff. de Reg. Jur.

12. §. 6. Quam hætenus cum filiosam. contrahentibus pœnam amissionis crediti vel soluti juxta legum dispositionem dictavimus, eadem imminet, cum pupillo sine tutoris autoritate

13. §. 6. Quam hætenus cum filiosam. contrahentibus pœnam amissionis crediti vel soluti juxta legum dispositionem dictavimus, eadem imminet, cum pupillo sine tutoris autoritate

14. §. 6. Quam hætenus cum filiosam. contrahentibus pœnam amissionis crediti vel soluti juxta legum dispositionem dictavimus, eadem imminet, cum pupillo sine tutoris autoritate

te contrahenti, utpote sine qua nec naturaliter quoad effectus
civiles. Stryck. *ad pr. Inst. de Auctor. tut.* obligatur. Variæ addi sol-
lent exceptiones *ex l. 5. §. 1. ff. de Auctor. tut. l. 46. ff. de Oblig. & Act.*
l. 1. §. 15. ff. Depos. Vid. Stryck. *d. l. Strauch: Diss. 5. 16. 29.* Unicam
proposito præsentem inservientem adduxisse sufficiat, obligatur
sc. quandoq; in præjudicium tertii. Stryck: *d. l.* seu ut obligatio
effectum non habeat quoad pupillum, *l. 41. ff. de Cond. indeb.* sed
quoad tertium. Hopp. *ad pr. Inst. de Auctor. tut. §. 6.* Exemplum
elegans est in novatione; si quis enim id quod sibi ab alio debe-
tur, à pupillo sine tutoris auctoritate stipuletur, amittit debi-
tum, nam & prior obligatio est sublata, transfusa in postero-
rem, quamvis respectu pupilli novantis inefficacem, sed & po-
sterior pupilli in præjudicium ejus nihil operatur *§. pen. 7. Quib.*
mod. toll. oblig. & frustra in celatâ se fundabit veritate, qui melius
in personam ejus, cum quo contrahit, inquirere debebat. Vinn: ad
§. pen. Inst. Quib. mod. toll. oblig. n. 5. in fin.

§. 7. Dum hic monemus quemadmodum qui cum pu-
pillo vel filiofam. contrahit, sollicitè in personam ejus inquirere
debeat, nisi pœnam, de qua jam dictum, incurrere velit, or-
dinis ratio postulat, ut quatenus inquisitio hæc in distrahendâ
obligatione requiratur, dispiciamus. Tollitur obligatio im-
primis solutione ejus quod debetur. *pr. Inst. Quib. mod. toll. oblig.*
Attendi hic debet (1.) ut solvatur ei qui liberam habet bonorum
administrationem; hinc si quis pupillo solvat sine tutoris au-
ctoritate, & accipiens eam malè consumat, ad eandem denuò
solvendam obligatur debitor, sibi imputaturus, quod non me-
lius inquisiverit in conditionem ejus, cui solvit *§. ult. Inst. per*
quas pers. cuique acquir.

§. 8. (2.) Attendi debet ne alii solvatur, quàm cui debe-
tur, *vid. supr. §. 3. h. c.* nam qui alii solvit, quàm cui debet, non li-
beratur. *§. 10. Inst. de Mand.* quod si tamen tertio quidem solva-
tur, sed qui speciale (quandoque etiam generale sufficit, positus
tamen terminis habilibus, de quibus in *l. 12. pr. l. 34. §. 3. ff. de solue.*
add. Lauterb. *ad Tit. de solue. p. m. 10. 9.*) mandatum accipiendi
habet, *l. 12. ff. de solue.* liberabuntur quidem debitores huic mandata-
rio solvendo, sed non ultra, quàm quatenus mandatum durat, eo
autem revocato si solvant, stricto jure non liberantur, propter
ratio-

C

19. rationem adductam ab Imperatore in §. 10. J. de Mand. Sed quid si revocationem & mandans & mandatarius celaverint, annon debitores, si ignari revocationis quondam mandatario b. f. solvant, liberabuntur? si strictam hic velimus sequi juris rationem, ad negativam erimus proniores propter l. 19. ff. de Reg. Jur. Sed affirmativam defendit Imperator in d. §. 10. & Jctus in l. 12. §. 2. ff. de solut. denuntiare enim hanc revocationem debuisse mandans, cum nemo divinare cogatur, nisi in his, quæ sæpè contingunt. Thabor. in Axiom. Barb. l. 4. c. 40. & dolo quandoq; proximum sit, non nuntiare quod alterius refert. Dn. Mey. P. 2. Dec. 275. n. 4. Brunn: ad l. 29. §. 2. §. 3. ff. Mand. n. 6. ut hinc merito exceptio se inscio soluti debiti hic cesset. Brunnem. ad. d. l. 29. Hæc tamen liberatio, quæ post revocationem mandati per solutionem quondam mandatario factam contingit, non eadem est. l. 38. §. 1. ff. de solut. Lauterb. 1 Tit. de. solut. p. m. 1020.

20. §. 9. Revocatio autem n. adati fit vel expressè, vel tacitè, de illâ actum in §. præc. huius exemplum est in adjecto, solutionis sc. gratiâ, qui mandatum accipiendi habere intelligitur, sed sub clausulâ: *rebus sistantibus*, statu ergo ipsius mutato, mandatum revocatum intelligitur. Brunnem. ad l. 38. ff. de solut. n. 1. & seqq. Aliud exemplum est in dispensatore, sc. servo pecuniis Domini exigendis præposito. l. pen. ff. de Reb. Cred. l. 18. ff. de solut. qui si ignorantibus creditoribus, qui mandatum de solvendo habere intelliguntur. l. 34. §. 3. ff. eod. manumittatur, mandatum tacitè revocatum intelligitur. §. 10. Inst. Mand. Vinn. in Comment. ad. d. §. 10. n. 5.

21. §. 10. Dum solutionis hic mentionem facio, occurrit quæstio, quam proponit Jctus in leg. 29. §. 2. ff. Mandat. Creditor solutione debiti à debitore impetratâ, de eodem fidejussorem convenit, solutionem à debitore factam celans, quam nec debitor denunciavit, quæritur, an si fidejuss. b. f. solvat, actione mandati solutum à debitore repetere possit? Negandum videbatur, ne à pœnâ neglectæ inquisitionis excusetur; sed affirmat Jctus in d. l. 29. nemo enim divinare cogitur l. 31. ff. ad L. Aquil. l. 4. §. 23. ff. de Dol. mal. except. pariter sicut fidejussor, si ante debitorem principalem conventus, quod jure veteri fieri poterat, solvat, amittit actionem mandati, nisi solutionem à se factam denuntiet debitori

tori, antequam de eodem debito conventus solveret. Brun-
nem. *ad l. 29. §. 2. §. 3. ff. Mand.* Ne tamen creditor idem bis ^{22.}
consequatur, tenetur conditione indebiti. Brunnem. *dl. Obiter*
hic monemus, regulam, quod nemo divinare cogatur, exce-
ptionem pati in his quæ sæpe contingunt. Barbof. *in Axiom. lit. D.*
§. 8. supr. b. c. unde pœnam plus petitionis non incurrit, qui in-
regrum dodrantem petit, cum ejus partem in Codicillis sibi
adentam ignoraret *§. 3. J. de Ad.*

§. II. Inquisitionis necessitatem dum injungimus ei ^{24.}
qui cum alio contrahit, eandem toties remittimus, quoties ea
sine injuriâ partis adversæ fieri nequit, aut id dolose celatur,
ad quod manifestandum quis jure obligatur. Non enim est in
silentio, ut supra quoque diximus, peccatum, quàm ubi calli-
dè verum occultatur, cujus dicendi debitum est. *Mev. P. 6. D. 146.*
Exemplum nobis præbet maritus (liceat nobis per *ὁς πορνεῖσεν* ^{24.}
progredi, cū nec præposteratio semper in jure noceat, de sponsa-
libus enim demum inferius agetur) qui, si quam pro virgine
duxit, imprægnatam reperiat, num rescissionem matrimonii
jure petat, acriter controvertitur? Negant id Canonistæ per ^{25.}
c. un. c. 29. qu. 1. in fin. ubi Pontifex vitiatam retinendam esse his
verbis asserit: *Qui ducit in uxorem meretricem vel corruptam,*
quam putat esse castam vel virginem, non potest eam dimittere &
aliam ducere. Didac. Cavarruv. *in Epit. caus. matrim. part. 2. c.*
3. §. 7. Moventur hac ratione, quod sibi imputare debeat, quod
non diligentius inquisiverit in conditionem mulieris, cum ea
inquisitio unicuique contrahenti (utimur hoc vocabulo latius,
nam an matrimonium propriè sit contractus hac vice non dis-
putamus. vid. Brunem. *in Jur. Eccl. l. 2. c. 16. §. 1.* Stryck *in not. ibid.*
Cypr: de Jur. connub. p. 1. c. 5. §. 37.) injungitur *l. 19. ff. de Reg. jur.* &
quod serò accuset mores mulieris, quos uxorem ducendo pro-
bavit, prout loquitur Jctus Ulpianus *in l. si uxor 13. §. fin. ff. ad L. Jul.*
de Adult. nam & aliàs juris est, ut quod semel probatum, am-
plius reprobari nequeat. *c. in istis Dis. 4. c. Dilectissimi 8. qu. 2. c.*
Horrendus 32. qu. 5. ut hinc maritus damnum quod suâ culpâ sen-
tit, non sentire videatur, *l. Quod quis 203. ff. de Reg. Jur.* Quam
sententiam Canonistarum latè defendit Wesenbec. *in parat. ff.*
ad Tit. de Rit. Nupt. n. 8. cui subscribere quoque videtur Brunnem:

- in Jur. Eccl. l. 2. c. 17. §. 27.* inde deducto argumento, quod uxor maritum, quem ut juvenem duxit, repudiare nequeat, si eum ante sponsalia stupro se commaculasse comperiat. Sed disparitatis rationem exponit Carpz: P. 4. C. 20. D. 13. n. 6. & seqq.
26. Nobis sanè hæc tanti non videntur ut negantium sequamur castra, contrariam potiùs affirmantium opinionem ambabus amplectimur manibus, audiendum existimantes maritum, qui ob celatam hanc qualitatem amissæ per conjunctionem viri vid. omnino Stryck. *in not. ad J. Eccl. Brunnem. l. 2. c. 17. §. 25.* virginitatis matrimonii rescissionem petit. Matrimonium enim cum virgine contractum sub conditione castitatis & inde virginitatis contractum intelligitur. c. Care 28. qv. 1. Deficiente autem aliqua conditione matrimonii generaliter subintellectâ, deficit conjugii promissio. Welenb. *in Parat. ff. Tit. de Rit. Nupt. n. 8.* Accedit, quod in dolo esse intelligatur uxor, quæ cum virginitatem, qualitatem matrimonii cum virgine contracti substantialem sciret, sine qua alter matrimonium nunquam contraxisset, si eam abesse scivisset, Stryck. *ad pr. Inst. de Nupt. p. m. 55.* eandem dolo malo celavit, dolus autem pacta & contractus nullius momenti esse facit l. 7. §. *Aut Prætor ff. de Pact. l. 7. pr. ff. de Dol. mal.* vid. omnino. Lauterb. *ad Tit. ff. de Dol. mal. p. m. 126.* & hanc sententiam defendit Stryck. *ad Jus. Eccl. Brunnem. l. 2. c. 17. §. 25.* Carpz. *in Jurisp. For. P. 4. C. 20. D. 12.* & *in Pr. Cr. P. 2. qv. 63.* Hahn. *ad Wes. Tit. de Rit. Nupt. n. 8.* add. Luther. *Tom. 5. Jen. Germ. Fol. 250.* Joh. Gerh. *in loc. de Conjug. n. 111.* & frustra hic culpa quædam imputatur marito, quod non melius inquisiverit in conditionem mulieris, nec enim hæc inquisitio sine insigni injuriâ sponsæ fieri potuit, & virginitas corrupta vitium est adeò latens, ut non tam facillè investigari possit. Carpz. *in Pr. Crim. P. 2. qv. 63. n. 60. in fin.* quoties autem callidè celatur verum, quod ab alio sciri facillè nequit, toties illud improbè celatur. Mev. P. 6. D. 146.
27. De reliquis quæ objici solent, in conflictu videbimus. Approbatur hæc nostra sententia Jure quoque Divino *Deutr. 22. v. 21.* vid. tn. Stryck. *ad Jus. Eccl. Brunnem. l. 2. c. 17. §. 25.* Jure Civili hac de re nihil decisum, hinc in subsidium, vid. Dn. Stryck. *in Pracogn. Jur. c. 4. §. 3. ad Nov. Leon. 93.* recurrimus.
28. §. 12. Magis dubitari poterat de eâ quæ vi stuprata est, an, si

an, si quis eam opinionis errore deceptus, cum stuprum violentum ignoraret, virginem putaverit, postea repudiare possit? Negativa exinde defendi posse videtur, quia vi stuprata virgo manet. ^{29.}
c. De pudicitia c. 32. qv. 5. non enim, inquit Ambros. in c. Revera c. 32. qv. 5. revera potest caro corrumpi, nisi mens fuerit ante corrupta.
Unde Matth. Steph. *ad art. 119. Ord. Crim.* eam habitu virginali incedere, imò & coronam virginitatis in capite portare posse concludit: add. Matth. Berlich: *Concl. 47. n. 67.* ut hinc non videatur indolo esse, sicut quæ volens stuprum passa est. Sed & hanc repudiari posse verius videtur, nam quod virgo dicitur *in. d. c. De* ^{30.}
Pudicitia, hoc de virginitate animi, seu pudicitia intelligendum esse rectè monet Carpz. *Pr. Crim. P. 2. qv. 57. n. 81.* hinc & usum coronæ virginitatis, utpotè quæ signum est virginitatis corporalis, eidem denegat; unde Leo Papa *in c. Illæ autem famula c. 32. qv. 5.* vi stupratas non vult inter virgines incontaminatas referri. Ad stipulatur huic nostræ sententiæ Cypr. *de Spons. c. 13. §. 48.*

§. 13. Cæterum quod in §. II. de matrimonio ob amissionem virginitatis celatam rescindendo diximus, hoc in *b. §.* ^{31.} ampliamus (1.) ut propterea à Magistratu quoq; puniri possit, marito ad divortium agente. Cypr. *d. c. 13. §. 45.* Ampliatur (2.) ut & parentes scienter stupratam pro virgine elocantes non omnem effugiant pœnam. Cypr. *dl. §. 46.*

§. 14. Quod de amissâ virginitate diximus, id ex eodem ^{32.} principio ad impotentiam conjugalem extendimus, hanc sc. etiam matrimonio obesse, cujus finis principalis est sobolis procreatio; modo impotentia, à qua distinguimus sterilitatem, per ea quæ latè tradit Carpz. *in Jurispr. Consist. l. 2. D. 200. n. 2. & seqq.* sit (1.) præcedens, secus ergo est si subsequatur matrimonium, ^{33.} propter rationem quam adducit Stryck. *in not. ad J. Eccl. Brunn. l. 2. c. 17. §. 2.* Harpr. *ad §. 11 Inst. de Nupt. n. 136.* De eâ quæ per maleficium caulatur an pro præcedente, an superveniente habenda sit? vid. Stryck. *d. l. §. 3.* (2.) Immedicabilis, Brunnem. *in Jar.* ^{34.}
Eccl. d. l. 2. c. 17. §. 2. Hæc duo si adsint, non tam rescinditur matrimonium, quam propter defectum substantialem nullum declaratur. Brunnem. *d. l. Gerhard: de Conjug. §. 688.* & quidem statim; quamvis enim Jure Canonico per *c. 5. & 7. X. de Frigid.*

ob impotentiam demum post triennium matrimonium annullatur, hoc tamen de impotentia dubia intelligendum esse monet Mascard. *de Probat. V. 2. Concl. 888. n. 3. seqq.* Panorm. *ad. c. 6. de Frigid. n. 635. §. 15.*

35. §. 15. Sic ergo hunc casum impertinenter appositum dixeris, cum non propter celatam veritatem, sed propter defectum substantialem matrimonium annullatur *g. prec.* Ad hoc dubium respondemus, quod nisi v. g. maritus impotentiam celasset, uxor matrimonii rescissionem, vid. *l. 64. §. 1. ff. de Cond. & Demonstr. frustra peteret, quod cum scienter inhabili contractum subsistit. Sanchez. l. 7. D. 97. n. 2. Brunnem. Jur. Eccl. l. 2. c. 17. §. 2. Quod num in castrato æquè locum inueniat, examinat Stryck. ad Jus Eccl. Brunnem. d. l. Sed nec cum scienter inhabili matrimonium subsistere videtur, si enim impotentia cocundi defectus est substantialis, uti præter adductos probat Carpz. *l. 2. D. 200. n. 8.* non possunt partes tollere substantialia actus, salvo actu, vid. Lauterb. *ad Tit. de coner. emt. p. m. 496.* add. omnino Strauch.*
36. *Diff. 12. rh. 12.* Bachov. *ad Wes. Tit. Depos. n. 5.* Ad hoc respondemus verbis Brunnem. *d. l.* permittendam esse hanc *cohabitationem*
37. mutui adjutorii causam; exceptionem vide in *c. 4. X. de Frigid.* An autem hæc cohabitatio etiam quoad portionem statutariam, quæ in quibusdam locis post consensionem thalami superstiti ex bonis defuncti conjugis debetur, pro matrimonio habeatur, nostrum non est disputare, ne à scopo nimis aberrare videamur. Vid. Dn. Mev. *ad Jus Lubec. l. 2. T. 2. art. 12. n. 279. & seqq.* Gail; *l. 2. Obs. 80. n. 12.* Carpz. *J. F. p. 3. C. 19. D. 4. §. 5.* Sic ergo, ut in viam redeamus, celata veritas matrimonii hactenus operatur annulationem, quatenus manifestata mutui adjutorii causam matrimonium subsistere facit.

§. 16. Cum servis quoque; Jure Civili non subsistit matrimonium, quod non contrahunt nisi Cives Romani *pr. Inst. de Nupt.* Servus enim vel ancilla corporis sui potestatem non habet, quam ideo nec transferre poterit, quod tamen in matrimonio requiritur, teste Apostolo *1. Cor. 7.* hinc talis error matrimonium etiam jam consummatum invalidat *c. 25. Ult. X. de Conjug. serv.* imò substantiam matrimonii convellere dicit Brunnem. *in J. Eccl. l. 2. c. 16. §. 18.* Sed hæc si pars serva liberæ matrimonium appetenti

petenti statum suum celet, quod si sciverit, frustra matrimonii vel contubernii rescissionem petet. *Cypr. de Spons. c. 13. §. 38.*

§. 17. Sed nec quæ de servis dicta sunt, ad proprios homines rectè referuntur, inter hos enim verum est matrimonium. *Mev. P. 1. Dec. 222.* hinc liberi patris sequuntur conditionem. *Stryck. ad §. 4. Inst. de Jur. Pers. Dn. Mev. Bon Zustand und Abfolge der Wahren qu. 2. n. 22.* cum, qui extra matrimonium legitimum nascuntur, matris sequantur conditionem *l. 24. ff. de stat. Hom.* Quod quatenus procedat exponit *Stryck. ad pr. Inst. de Ingen. add Stryck. ad Jus. Eccl. Brunnen. d. l.*

§. 18. Misso nunc matrimonio ad sponsalia pergimus. Hæc dissolvuntur superveniente furore, qui conjugali societati contrariatur. *Cypr. de Spons. c. 13. §. 59.* imò pro absente & mortuo habetur furiosus. *Carpz. l. 2. Def. 183.* Accedit, quod quoties casus incidit, qui si tempore sponsaliorum adfuisset, sponsus vel sponsa procul dubio matrimonium renuisset, toties Judex ad dissolutionem pronior esse debeat. *Harpr. ad Rubr. Inst. de Nupt. n. 138. Gerhard: de Conjug. §. 167.* Non tamen ad dissolutionem sponsaliorum deveniendum, nisi ubi spes curæ nulla superest. *Carpz. d. Def. 183.* hinc certus præfigi solèt terminus, quem pars sana dissolutionem petens expectare tenetur. *Cypr. d. l.* Quod si autem aliquis ante sponsalia contracta furorem celaverit, propter dolum intervenientem statim sine ulterioris dilationis concessione ad dissolutionem iudex progredi potest, uti pronuntiatum refert *Carpz. in Jurispr. Conf. l. 2. D. 183. n. 13.*

§. 19. Quæ de furore diximus, eadem nunc ad quemvis morbum contagiosum extendimus, supervenientem tamen: *c. ult. X. de Conjug. Lepros.* matrimonium autem jam consummatum non æquè dissolvendum *c. 1. §. 2. X. d. t.* *Carpz. l. 2. D. 180. n. 1.* Sed quid si antea tali morbo laboraret? sanè si id pars sana sciat, non facilè etiam consentienti permittendum matrimonium vid. *Carpz. d. l.* quod si autem ignoraverit altera parte morbum celante, etiam matrimonium dissolvendum esse prolixè probare nititur *Cypr. de Spons. c. 13. §. 65.* cum dolo decepta videatur pars sana.

§. 20. Quæ de celatâ veritate hæctenus diximus, non adeo

adeo extendenda, ut ad quamvis etiam accidentalem porrigatur qualitas, hæc enim celata non operatur rescissionem sponsaliorum, multo minus matrimonii jam consummati. Exemplum frequentissimum præbet, qui virginem, quam divitem putabat, nec obulum possidere reperit. Divitiæ enim cum nec adesse debeant præcisè, nec soleant semper, adeoque nec ad substantialia, nec naturalia, sed accidentalia tantum matrimonii referantur, frustra ob celatam paupertatem rescissionem impetrabit, sed suæ potius credulitatis poenam feret. Quod limitamus, nisi expressè sub conditione certæ quantitatis in dotem dandæ sponsalia contraxerit, quo casu non, nisi ea solvi possit, ad consummationem cogi poterit sponsus. Caveat tamen, ne sub spe tantæ dotis matrimonium consummet, cujus rescissionem, dote etiam non solutâ, non impetrabit. *Cypr. de Sponsal. c. 8. §. 5. Carpz. l. 2. D. 22. & Def. 205. Stryck. in not. ad Jus. Eccl. Brunnem. l. 2. c. 16. §. 13. c. De illis X. de Cond. appof.*

§. 21. Huc refero quoque; si quis nobilem putavit, quam ignobilem reperit. Et quamvis hic variè disputetur, annon celata veritas hic quicquam operetur? verior tamen est opinio, non rescindi jam consummatum matrimonium, utpote quod inter ignobilem & plebejam non prohibetur, uti prolixè demonstrat *Carpz. in Jurispr. Cons. l. 2. T. 2. D. 10. Cypr. de sponsal. c. 13. §. 37. nec quicquam operantur, quæ in contrarium adducuntur ex l. 10. 44. §. 58. ff. de R. N. vid. Nov. 78. c. 3.* De sponsalibus majus dubium est, annon propter celatam ignobilitatem eadem rescindi possint? Affirmativa dubio caret, si desponsata sese pro nobili venditarit, sic enim dolo, qui consensum excludit: *Carpz. l. 2. D. 183. n. 13. deceptus intelligitur, & de hoc casu intelligendum puto Cypr. de Sponsal. c. 13. §. 36. n. 4.* Quod si autem citra dolum sponsæ nobilem eam putaverit sponsus, contrariam opinionem præferendam dixerim, vid. tamen *Cypr. d. l. n. 5.*

§. 22. Sed ne propositos excedat fines disputatio, vela tandem contrahenda, & in viam redeundum, hinc missis, quæ occasione mutui ratione inquisitionis necessariae in causis matrimonialibus monuimus, ad commodatum pedem promovemus, & sicut accipiens culpam quamvis etiam levissimam præstat

l. 5. §. 2

l. 7. §. 2. l. 8. ff. *Commod.* itā commodator quoque obligatur, si commodatarius ex re commodatā damnum sentiat, si commodator sciens rem vitiosam commodavit, & vitium celavit. l. 18. §. penult. ff. *Commod.* Et quamvis Hahn. ad *Wesl. d. r. n. 12.* existimet, de dolo tantum teneri commodantem, absolvendum eundem arbitratus, si latā culpā rem vitiosam commodavit, contraria tamen, etiam de latā culpā teneri commodantem, verior videtur, quam etiam defendit Bachov. ad *Treutl. Vol. 1. Dispt. 24. tit. 4. lit. 1.* Lauterb. ad *Tit. Commod. §. 12.* quia lata culpa in civilibus dolo comparatur. Stryck. ad §. 6 *Inst. de susp. iur. l. 29. pr. ff. Mandat.* Regerit quidem Dn. Hahn. d. l. hoc verum esse in eo qui tenetur aliquid præstare ex contractu, unde ipse etiam utilitatem habet; sed hanc exceptionem in iure non fundari probamus exemplo depositarii, qui sine dubio de latā culpā tenetur, etiam si ex contractu nullum sentiat commodum. Lauterb. ad *Tit. Depof. p. m. 450.* quod si commodum quoque depositarii versetur, ut si honorarium acceperit, etiam levem culpam præstabit. Lauterb. d. l.

§. 23. Sic ergo commodator, utut gratis usum rei concedat, de dolo tamen & latā culpā tenetur. Brunnem. ad l. 18. ff. *Commod.* quod dum monemus, non possumus quin occasione hujus à necessitate manifestandæ veritatis absolvamus donatorem; hic enim si rem alienam donet, quam talem esse celavit, non tenetur de evictione, ne liberalitatis suæ damnum sentiat. l. 18. ff. de *Edil. Edict.* l. 18. §. fin. ff. de *Donat.* Cui firmissimæ assertioni frustra Dn. Lauterb. ad *Tit. de Evict. p. m. 664.* objicit. l. 1. C. de *Jur. Dot.* loquitur enim b. l. non de donatione, sed in dotem datione æstimatō facta, præterquam autem quod dotis titulus respectu mariti sit onerosus, dos enim datur ad ferenda matrimonii onera. Lauterb. in *Comp. Jur. ad Tit. de Jur. Dot. p. m. 716.* æstimatio in d. l. venditionem facit, inde ex empto dicitur dari actio. Quando in donatione simplici evictio præstanda sit, vide diversi modè exponentes Carpz. P. 2. C. 32. D. 23. Brunnem. ad l. 2. C. de *Evict. n. 11. & seqq.* Lauterb. p. 664. De donatione remuneratoriā agit Carpz. P. 2. *Const. 32. Def. 24.* Lauterb. d. l.

§. 24. In deposito vix est quod huc referri mereatur, 55.

D

sed

50 sed cum deposito Cambium à nonnullis comparetur, quo jure
quave injuriâ jam non disputamus. vid. Dn. Stryck. *Tr. de Caus.*
Secl. 3. c. 5. §. 7. Chemnit. Disp. Inaug. de Prior. Cred. lb. 9. Id tan-
tùm in quæstionem hic vocabitur, si qui pecuniam cambio ac-
cepit alibi rursus exsolvendam, idem præstare non possit
propter defectum fidei ob imminens periculum jam agonizan-
tis, unde literæ cambiî cum protestatione, mihi Protest, re-
missæ sunt, & interim concursus in facultatibus accipientis mo-
tus sit, in qua classe sit ponendus qui pecuniam cambialem repe-
tit; Hic ab initio distinguendû putamus inter pecuniam cambia-
lem consumptam, & adhuc extantem, illam qui repetunt, non ni-
si ad personale privilegium habentes referimus, nullum jus taciti
pignoris ipsis concedentes. Stryck. *d. S. 3. c. 5. §. 20.* ubi contrari-
um sentientes refutat, & rectè; nec enim deponens re depo-
sitâ consumptâ, alio quàm personali privilegio gaudet. Brunnem.
in Tr. de Concurf. Cred. s. 5. §. 61. De extante majus dubium est. Dn.
Stryck. *in not. ad Brunnem de Concurf. Cred. s. 5. §. 5. in fin.* hunc quo-
que qui pecuniam cambialem extantem repetit, ad eos qui jure
dominii rem extra concursum: Lauterb. *ad Tit. de Reb. aut. jud.*
possid. p. 932. repetunt, referri posse negat, malè cambium in eo
cum deposito comparari existimans, à quo potius in eo diffe-
rat, cum in cambio detur pecunia, ut non ea in specie, sed alia
alibi exsolvatur, in deposito verò eadem res in specie restitu-
enda. Quam sententiam Dn. Stryck. veram esse existimo,
si accipiens bonâ fide egerit, fortè quod ipse ignoraverit, quod
non solvendo sit, quod facile contingere potest in illis qui
transmarinas habent negotiationes, ubi sæpius de facultatibus
plus quàm in his est, sperant homines, §. 3. *Inst. Qui Sex quib. caus.*
l. 10. ff. Qui & à quib. manum. Quod si cum sciret se non solvendo
esse & concursum instare creditorum, pecuniam cambio ac-
ceperit, celato hoc suo statu, non videtur improbanda sententia
Carpzov. *P. 3. Dec. 280.* rem jure dominiî repeti; nec enim pro-
pter dolum accipientis quicquam juris in eum translatum, cum
pecunia cambiî pro deposito habeatur, antequam exsolvatur.
Carpz. *d. l.* quoties enim dolus causam dedit habendæ fi-
dei, toties fides non habita & res non tradita, sed
fraudu

fraudulenter ablata censetur, uti infra prolixius demonstrabitur.
Gail. l. 2. Obs. 15, n. 9.

§. 25. Ad pignus quatenus contractum notat, vid. Lauterb. in Comp. jur. ad Tit. de Pignor. Act. p. 367. nunc transitur, visuri, quatenus ad manifestandam veram rei qualitatem obligetur debitor. Et cum creditor jus in re consequatur, res pignori propria debitoris esse debet, alioquin obstabit l. 34. ff. de Reg. Jur. 57. in re aliena oppignorata jus in re non acquirit creditor. l. 6. C. si res alien. pign. dat. inde nec actionem hypothecariam habet, nisi contra ipsam debitorem, quare rem alienam esse excipere nequit, ne propriam alleget turpitudinem. Hahn. ad Wesf. Tit. de Pign. Act. n. 9. Actio tamen pignoratitia datur creditori contra debitorem etiam ignorantem, l. 16. §. 1. ff. de Pignorat. Act. Quod si autem 58. cum sciret rem alienam aut vitiosam, vitium celaverit, creditore id ignorante (scienti enim non succurritur. Brunnem. ad d. l. 16.) etiam extra ordinem stellionatus tenetur, l. 36. pr. ff. de i. vid. Lauterb. in Comp. Jur. ad Tit. stellion. p. 1081. Quod extendunt ad eum casum, si quis creditori rem alii jam obligatam oppignoraverit. l. 16. §. 1. ff. stellion. l. fin. C. cod. 59. Quod si tamen res utriusque sufficiat, sic omnis actio cessat l. 36. §. 1. ff. de Pignor. Act. Quando de re aliena oppignorata creditori detur actio, exponit Franck. ad Tit. de Pignor. Act. n. 27. add. Lauterb. in Comp. Jur. d. l. p. m. 368. add. Brunnem. ad l. 3. ff. stellion. n. 3. & ad l. 36. ff. de Pign. Act. 60.

§. 26. Tenetur porro debitor, si rem oppignoraverit ex qua damnum sensit creditor, ut si servus pignori datus furtum fecerit. l. 31. ff. de Pign. Act. Distinguendum tamen, an oppignoraverit servum furem sciens, an ignorans; hoc casu liberatur servum noxae relinquendo. d. l. 31. l. 61. §. 1. ff. de Furt. Illo casu, ubi sciens ignoranti servum furem oppignoravit, omnimodo damnum prestare cogendus est, id enim bonae fidei convenit, uti loquitur Jctus in l. 61. §. 3. ff. de Furt. 61.

§. 27. Missis jam contractibus realibus & quae occasionaliter passim monuimus, ad consensuales pergimus, de emptione venditione principaliter hic acturi. Venduntur autem vel res corporales, vel incorporales ut actiones, r. ff. de Hered. vel action. vend. de his primo loco videbimus. In venditione autem nomi 62.

D 2

nis li.

nis liberatur venditor, si verum sit, ut idoneum praestet, seu debitor solvendo sit, non requiritur, l. 41. ff. de Hered. vel act. vend. l. 47. ff. de Evict. Franzk. ad Tit. de Evict. n. 25. 31. & 42. Carpz. P. 2. Constit. 34. Def. 26. Finkelth. Obs. 91. n. 15. Hahn. ad Wesenb. Tit. de Hered. vel. action. vend. Joh. à Sande de Cess. action. c. 9. n. 17. & seqq. Lauterb. ad Tit. de Hered. vel action. vend. p. m. 528. cujus rei ampliationes vide ap. Franzk. d. l. n. 42. Richt. 1. Dec. 36. n. 25. id

63. quæritur: An si emtor ignoret debitorem non esse solvendo, contra venditorem agere possit? Ita quidem nonnulli volunt, moti l. 41. §. 3. ff. de Jur. dos. sed contraria opinio verior est, sibi enim imputare debet, quod non melius inquisiverit in qualitate nominis, l. 19. ff. de Reg. Jur. Franzk. ad Tit. de Evict. n. 32. & n. 66. quod secus est in venditione rei corporalis, de qua mox dicetur. Franzk. d. l. n. 32. & seqq. Quod si tamen venditor sciverit debitorem cessum brevi decocturum, aut actionem inanem esse, & hoc emtorem celaverit, etiam de bonitate nominis tenetur emtori ignoranti, propter dolum, quem utique praestare cogitur. l. 74. §. ult. ff. de Evict. Lauterb. d. t. p. 529. Franzk. d. l. n. 77. Tunc demum autem ex scientiâ dolus praesumitur, si notoriè nullius pretii sit nomen venditum, uti pronuntiatum refert Brunnem. ad l. 74. §. 2. ff. de Evict. in fin. aut si cessum debitorem tantquam locupletem & idoneum laudaverit, Carpz. P. 2. C. 34. Def. 26. Berlich. Dec. 290. n. 21.

65. §. 28. Quod de cessione diximus, idem quodammodo ad delegationem extendimus, culpam imputantes creditori si non diligenter in conditionem delegati inquisivit. Cujus rei exemplum tale proponit Jctus in l. 17. pr. ff. ad. SCtum Vellej. Vir uxori donationis causa rem viliori pretio vendidit, hæc venditio nulla est l. 1. ff. de Donat. inter. Vir. & uxor. Sed si maritus creditori suo ignoranti mulierem nihil debere, eam delegerit, quæritur num teneat delegatio? Negat Jctus in d. l. 17. sed dabitur uxori exceptio SCti Vellejani, facilitati enim suæ id expensum ferre debet. l. 3. in fin. ff. ut in possess. legat. Quod si mulier mutuum acceperit, marito id data, rectè de eo reddendo convenitur, si hoc creditorem celaverit. d. l. 17. Brunnem, ad. d. l. 17. n. 1. Struv. Exercit. 21. tb. 6.

§. 29. De;

§. 29. De muliere dicta non ubique habent locum, 63.
quid enim si quis filiumf. ex mutuo sibi obligatum alteri dele-
gaverit? Sanè non utetur filiusfam exceptione S^Cri Macedo-
niani contra creditorem cui delegatus est, l. 19. ff. de Novat. Si
quis enim delegetur qui exceptione perpetuà tutus erat, non
utetur eadem contra secundum creditorem, tum quia consen-
tendo in delegationem simpliciter se obligasse præsumitur.
Strauch. Dissert. 17. tb. 8. in fin. tum quia in contractibus & pacti-
onibus privatorum non facile sciri potest quid inter eum qui
delegatus est, & debitorem actum sit, d. l. 19. nec creditor curi-
osus esse debet,

§. 30. Ad venditionem rerum corporalium nunc
pedem promovemus, ubi latissimus nobis dicendi ape-
ritur campus, frequentissimæ enim hic sunt querelæ de celatâ
reiqualitate. Venduntur autem (1.) vel res jam existentes, vel 69.
futuræ; hic vel venduntur res speratæ, vel spes, ut si quis jactum
retis vendiderit. In hac venditione tenetur emtor, etiam si ni-
hil captum fuerit, l. 8. §. 1. ff. de Contr. emt. si tamen venditor sciens 70.
nihil captum vel natum iri idem celaverit, obligatur. Lauterb.
ad tit. de Contr. emt. p. m. 482. ut, si quis vendiderit, quod ex
ancillâ, quam propter ætatem ad parandum ineptam sciebat,
natum fuerit, l. 21. ff. de Emt.

§. 31. (2.) Venduntur vel res propriæ, vel alienæ. Ha- 71.
rum venditio hætenus valet, ut actio inde nascatur. Lauterb. de 72.
Contr. Emt. p. 485. nec venditor ante evictionem ab emtore con-
veniri possit. l. 3. C. de Evid. nisi vel in limine contractus ea im-
mineat. Carpz. P. 2. C. 34. D. 31. vel venditor sciens rem alienam
esse, hoc celaverit, ubi propter dolum statim conveniri po-
terit. l. 30. §. 1. ff. de Ad. Emt. Franzk. ad Tit. de Ad. emt. n. 109. Carpz.
P. 2. Consf. 34. D. 21.

§. 32. Sed quid si conventum, ne evictio præstetur? 73.
Hæc conventio ignorantem à refusione quidem ejus quod
interest, non autem à restitutione pretii liberabit. l. n. §. fin.
ff. de Ad. Emt. Vend. Nec enim b. f. contractus hanc patitur con-
ventionem, ut emtor rem amittat, venditor autem pretium re-
tineat. Brunnem. ad d. l. 31. §. fin. n. 18. Sciens autem non tan-
tum 74.

- tum ad pretium, sed & ad interesse obligatur; dolo enim comper-
to nulla formula tam ampla est, ut possit venditorem liberare à
restitutione interesse. Franzk. *ad Tit. de Evict.* n. 263, ex dolo enim,
si scientia certa sit, ad interesse agitur. Gail. l. 2. *Obs.* 139. n. 6. Mynf.
75. *Cent. 6. O.* 37. modò tamen & emtor ignoraverit esse alienam,
nam si sciverit, sibi imputet, quod emerit, & in malà fide est.
l. 27. *C. de Evict.* Carpz. P. 2. C. 34. D. 25. ita ut emtor sciens nec
pretium repetere possit. Stryk. *de Cautel. Sect. 2. cap. 8. §.* 47. Al-
phonf. à Guzmán. *Q.* 43. n. 3. Frustra huic assertioni objicitur l. f.
§. f. *C. Comm. de legat.* de qua in conflictu datà occasione videbi-
mus. Vid. Franzk. *ad Tit. de Evict.* n. 267. *§.* n. 269. Carpz. *d. l.* n. 7.
76. §. 33. Celata ergo à venditore veritas eum oneri præ-
stande evictionis subjicit, sed cur non credulitati suæ hoc ex-
pensum ferre debet, l. 3. *in fin. ff. Ut in poss. legat.* quod non meli-
us inquisiverit in conditionem & qualitatem rei, sicut supra
de eo, qui actionem emit, diximus? Differentiæ rationem præ-
cunte Franzk. *ad tit. de Evict.* n. 32. hanc assignamus, quia hæc
inquisitio in rebus corporalibus emtori nimis difficilis est, dum
hic inquirere deberet, quo jure res apud autorem autoris sui
fuisset, & quo titulo in hunc translata; Qui autem nomen ce-
dit vel vendit, is simul ejus originem in se factam ostendit, quo
ipso non contentus esse debebat emtor, sed simul inquirere in
facultates debitoris cessi, quod nisi faciat, culpâ suâ damnum
sentire intelligitur.
77. §. 34. Hactenus dicta non æquè videntur obtinere in
creditore, qui rem sibi pignoratam vendit, hic enim ad evictio-
nem, nisi expressè promissam, Stryck. *S. 2. c. 8 §.* 50. non videtur ad-
stringendus; vendit enim tanquam procurator debitoris. Brunne.
in Com. C. ad l. 1. §. 2. Cred. evict. pign. non deb. num. 3. in utilitatem ejus,
ut liberetur l. 2. *C. d. 1.* Ceterum hic distinguendum, an vendat rem
non legitimè sibi oppignoratam, & hoc casu utique de evictione
tenetur. Brunne. *d. l.* n. 5. Stryk. *d. l.* an verò vendat rem alienâ oppig-
noratam, quo casu non nisi ad cedendam obligatur actionem.
Joh. à Sande *de Cess. c. 6. n.* 4. Quod si tamen rem esse alienam, adeo-
que jus pignoris sibi non constituisse sciverit, sic ex dolo obligatur.
Brunnem. *d. l. Alex. Trentacinq. l. 3. Resol. Tit. de Emr. Resol. ult.*
n. 4. Concl. 2. Brunnen. ad l. 38. ff. de Evict. n. 2.

§. 35. Ex

§. 35. Ex majoritate rationis hæc ad res extra com-
mercium extenduntur, quarum emtio planè nulla est. l. 22. ff. de
constr. emt. Quod si tamen venditor sciens rem talem esse celet, 78.
non tantùm ad restitutionem pretii, sed & ad omne id quod em-
toris interest non fuisse deceptum, obligatur. l. 4. l. 34. §. 3. in fin. l.
70 ff. de Contr. emt. & quamvis in l. 62. d. i. ff. d. t. dicatur, quod em-
tio non teneat, hoc tamen non ideò dici, quod ad in. eresse agi, sed
quod emtor ad rem retinendam compelli nequeat, monet Vinn.
ad §. ult. Inst. de Emt. Vend. in fin. Dum ad refusionem eius quod in-
terest adstringimus venditorem scientē sed celantem. vid Stryk. 79.
deCaurel. S. 2. c. 6. §. 8. absolvendum ab eadem ducimus vendito-
rem justè ignorantem. Lauterb. ad Tit. de Contr. emt. p. m. 484.
Vinn. d. l. quamvis dissentiat Brunn. Ex. 20. ad §. fin. Inst. de Emt.
Vend. à quo præter jam adductos non immeritò recedit Stryk.
d. c. 8. §. 8. Sicut ab omni actione absolvendum putamus ven-
ditorem, si solus emtor rei qualitatem sciverit Lauterb. d. l. Vinn.
ad d. §. ult. Inst. de Emt. Vend. n. 2.

§. 36. Sed quid Juris, si quis ignorans rem furtivam ab
eo, qui talem esse celabat, emerit? Huic meritò objicimus mo- 81.
nitum Severi & Antonini in l. 2. C. de Furt. disce cautius mer-
cari; quod dum neglexit, rem furtivam priori domino sine pre-
tium refusione restituere debet, frustra allegans ignorantiam aut
à venditore celatam veritatem, cum ipse melius inquirere de-
buisset d. l. 2. C. de Furt. Ampliatur (1.) etiamsi in nundinis rem 82.
emisset, quia legi facilè fraus fieri posset. Brunnem. ad d. l. 2. n. 3.
Mench. de Præsumt. l. 9. Præf. 29. n. 24. Ampliatur (quod hic obi-
ter addimus) (2.) etiamsi protestatus sit, se bonâ fide rem emere, 83.
seque Domino refundenti pretium restituere velle. Stryck de
Caurel. s. d. 2. c. 8. §. 48. Protestatio enim jus protestantis, quod
habet, conservat quidem, non verò novum tribuit. Mangil. de E-
vid. 2. 169. n. 35. Mev. P. 1. Dec. 14. n. 4. Strauch, Diff. 6. l. b. 34. in fin.
Finckelth. Obs. 56. Vid. in Carpz. P. 4. C. 39. D. 8. n. 37.

§. 37. Sed hæc quæ hæcenus in §§. præced. dicta tunc obti-
nent, si res aliena est, vel extra commercium, quod si autem res qui-
dem vendentis propria sit, sed vel vitio, vel onere quodam labo-
ret, quid tunc juris sit, nunc ordine videbimus, prius tamen actu-
ri de venditione Mancipiorum, postea de venditione animalium. 84.
Quod illam attinet, distinguimus inter vitia corporis & animi
de illis

de illis, non de his tenetur venditor. l. 1. §. 8. l. 4. §. 1. ff. de Edil. Edicto. Differentiæ ratio est, quia animi vitia facilius poenis aliisq; modis in servis corrigi possunt. Brunnem. ad l. 1. §. 9. ff. de Edil. Ed. n. 2. Excipitur tamen fugitivus & erro. l. 4. §. 3. ff. d. 1. quamvis etiam propter vitium animi ex emto agi possit. Brunnem. d. l. ha. Et tenus ergo vitia animi non attenduntur, quatenus redhibitoria actione ad rescindendū contractum agi nequit, datur tamen ad versus venditorem qui vitium reticuit, actio emti ad id quod interest; nam quæ vitia negant locum redhibitioni, dant locum actioni ex emto. Wissenb. Dis. 41. Tit. de Edil. Edict. n. 5. ubi ad contraria respondet.

86. §. 38. Sed annon teneatur, si non tantum vitium reticuit, sed & servum commendavit, non immerito quæsi veris? Resp. Quæ rei commendandæ gratiâ in genere dicuntur, ut si dixerit servum frugi, ea non præstanda sunt, secus in iis quæ in specie dixit, ut si servum non erronem dixerit. Brunnem. ad l. 19. ff. de Edil. Ed. n. 1. Ratio prioris est, quia emtor etiam sine laude emeret, quod secus in casu posteriori, ubi ad minimum minoris emeretur. Franzk ad Tu. de Evic. n. 74. & seqq. Quod si tamen & ejus quod expressè adesse dixit, contrarium in oculos incurrat, ut si servum deformem speciosum dixerit, cessat actio, Franzk. d. l. n. 76. Brunnem. ad l. 19. ff. de Edil. Edict. n. 2. An verò etiam in foro conscientiæ securus sit venditor, cuius commendationi fidem habuit credulus emtor, de eo vid. Brunnem. d. l. n. 4.

87. §. 39. Quod venditionem animalium attinet, distinguitur inter vitium patens, & latens. Vitia patentia s. quæ in oculos incurrunt, non tenetur exprimere venditor. l. 55. ff. de Edil. Ed. l. 19. §. 1. ff. de Contr. emt. imputet enim sibi emtor quod non viderit vitium exterius, quod tamen videre debebat. Carpz. P. 2. C. 34. D. 6. Nec in rebus visibilibus necessaria est demonstratio aut admonitio, l. 16. §. 1. ff. de Edil. Ed. sed cum tale vitium est, quod omnibus apparere potest perinde est, ac si nominatim fuisset exceptum. Mev. P. 4. D. 48. n. 1. Quæ adeo vera, ut, quamvis contrarium dixerit venditor, non tamen obligetur, uti existimat Lauterb. in Comp. Jur. ad Tit. de Edilit. Edict. p. m. 660.

Brunnem.

Brunnem. ad l. 14. §. ult. ff. d. t. n. 3. Franzk. *ibid.* n. 57. fortè, quia paria censentur scire, & facile scire posse. Mey. d. l. Fr. ad tit. de Edil. Ed. n. 58. Num hæc etiam tunc obtineant, si emtor per supranam ignorantiam nescivit, venditor autem scivit? dubitat Brunnem. ad l. 1. §. 6. ff. de Edil. Edict. n. 4. ubi varios adducit, qui dolum culpæ latæ præponderare existimant; tandem in fine iudicis arbitrio pro qualitate læsionis hoc committit, add. Brunnem. ad l. 15. §. 1. ff. de Contrab. Emt. in fin.

§. 40. Vitium latens quod attinet, siquidem tale sit ⁸⁹ quod rem venditam, ad eum usum, ad quem venditur inutili reddat, manifestare hoc vitium venditor debet. Brunnem. ad l. 1. §. 7. ff. de Edil. Edict. n. 7. Quod si autem tale non sit, celatam veritatem impunè quidem non feret venditor, non tamen redhibitoria ad rescindendum contractum, sed quanti minoris actio datur. Brunnem. ad l. 14. §. fin. ff. de Edil. Edict. n. 1. Ampliatur, etiamsi protestatus sit se nolle teneri, Mey. ad Jus. Lub. 90. l. 3. t. 6. d. 14. n. 14. Scientia enim cum protestatione iuncta non liberat venditorem à præstatione eius quod interest. Franzk. ad Tit. de Edil. Edict. n. 62. Ubi venditorem teneri existimat, si equus retrogradus suo vitio in causâ fuit, ut emtor ab hostibus caperetur, aut si grex contagio morbosâ pecoris perierit, l. 13. p. ff. de Act. Emt. nam venit hic interesse quodvis, etiam extrinsecum. Fr. ad Tit. de Edil. Edict. n. 105. nec obstat, quod sic contra dispositionem l. un. C. de eo quod interest. interesse duplum excedat, h. l. locum non habere, ubi propter dolum interesse petitur, probat Brunnem. ad l. 14. §. penult. ff. de Edil. Ed. n. 4. Protestatio ergo non prodest venditori, nisi ignoranti, hic enim, dum protestatur, censetur venditorem monere voluisse, ut inquirat, l. 14. §. 9. ff. d. t. Hillig. l. 15. c. 1. lit. B. Brunnem. d. l. n. 6. quam protestationem si omiserit venditor, à refusione quidem eius quod interest, non tamen à pretii restitutione liberatur, d. l. 14. Si tamen restitutum fuerit interesse, tantum internum, quod circa ipsam rem est, non extrinsecum refundit, Fr. d. l. n. 106. hujus enim refusio poena doli est, in quo qui scivit vitium, & tacuit, esse præsumitur. Brunnem. d. l. n. 6.

§. 41. Nec distinguitur in venditione animalium inter vitia

E

vitia animi & corporis, nam & illa in venditione animalium attenduntur, quorsum pertinet cornu petere, recalcitrare, turbari. *l. 43. pr. ff. de Edil. Ed.* Quod si tamen venditor emtorem de vitio vel morbo (quomodo differant *vid. in l. 101. §. 2. ff. de Verb. signif.*) certioravit, sic nec de vitio latente conveniri potest venditor.

93. §. 42. His ita nunc in genere præmissis, brevibus nunc dispiciemus, quid juris sit in casu, si porcus venditus grandines, Germanicè *Sinnen/h* abeat, an de eo teneatur venditor? *Carpz. in Jurisp. Forens. P. 2. C. 34. D. 16. n. 7.* existimat, venditorem non teneri, quia hoc vitium patens, quod ex inspectione linguæ & apertione palati facile deprehendi possit, ut hinc sibi imputare debeat emtor, quod oculari inspectione uti noluerit. *Coler. P. 6. Dec. 228. n. 9. Mev. ad Jus. Lubec. l. 3. t. 6. art. 15. n. 7.* Nobis non videtur dimittenda distinctio *Brunnem. ad l. 14. §. ult. ff. de Edilit. Edil. n. 9.* an porcus emtus sit à lanione istarum rerum perito, an ab alio; priori casu omnino cessat redhibitio, per ea quæ tradit *Carpz. d. l.* non verò in casu posteriore, quod imprimis verum, si venditor vitii non ignarus fuerit, ubi dolus venditoris supinæ ignorantia emtoris præponderare debet. *Brunnem. d. l. add. Dn Mev. d. l. n. 8.*

94. §. 43. Sed ne nimis excrescat & propositos excedat fines disputatio, missis rebus vitiosis, ad eas nos conferimus, quæ onere quodam laborant, qualis est (1.) si fundus venditus alteri hypothecatus sit, hypotheca enim tanquam Jus in re, semper rem comiratur, unde non ineleganter quæritur: an rescindenda venditio propter hypothecam in fundo vendito celatam? Negativam defendit *Carpz. P. 2. C. 34. D. 21.* ubi emtori tantum actionem ex emto concedit, ut res tradatur libera, vel tantò minoris æstimetur res emta, quanto minus valet propter evictionis periculum. *Hartm. Pistor. P. 3. Q. 5. n. 20. add. Lauterb. ad T. de Act. emt. p. m. 576.* ubi variis modis emtori succurrit, & *in fin.* venditorem scientem emtori ignorantem ad omne interesse condemnandum putat, stellationatus eum simul reum faciens, per *l. 3. ff. de Crimin. Stell.* add. *Brunnem. ad l. 5. C. de. Evict. n. 6.*

95. §. 44. Sed num hæc actio ad liberandum etiam tunc datur,

datum, si res tantum sub conditione alteri obligata? Resp. Hoc casu ad liberandum quidem agi non posse, cum pendente conditione nondum teneat hypotheca, vid. Lauterb. *ad Tit. de Pa&.* p. 81. imò nec exceptio doli competit, quâ re alteri purè obligatâ emtori traditâ repellitur venditor pretium petens. Lauterb. *d. p. 576* agi tamen poterit ad præstandam cautionem, si conditio aliquando extiterit. Alex. *Vol. 8. Conf. qv. 65. n. 3.* Brunnem. *ad. l. 1. C. de Evis&. n. 7. in fin.*

§. 45. Sicut autem ab onere hypothecæ, ita quoque; (2.) 96.
à servitute liberum præstabit fundum venditor. Cæterum hic distinguendum, an fundum ut optimum maximum, *l. 75. ff. de Evis&. obne alle Beschwerung/* Brunnem. *ad d. l. pen ff. de Evis&. n. 1.* an simpliciter vendiderit; priori casu simpliciter liberum præstabit fundum, etiamsi eum servire ignoret. Lauterb. *ad Tit. de A&. emt. non enim debet liberum asserere, nisi talem fundum esse sciat.* Posteriori casu inter ignorantem & scientem distinguimus venditorem, ille tenetur tantum, quanti minoris emtor emisit, si servitutem impositam scivisset. Fr. *ad Tit. de Contr. emt. n. 129.* Brunnem. *ad. l. penult. ff. de Evis&. n. 1.* Struv. *ad Tit. de Evis&. tb. 20.* Wissenb. *Disp. 41. tb. 16.* sciens autem, in id quod interest tenetur, *l. 39. ff. de A&. emt.* Franzk. *d. t. n. 136.* A cuius refusione non liberatur, nisi de servitute fundo coherente specialiter emtorem certioraverit. *l. 39. ff. de A&. emt.* Specialem certiorationem dum lex requirit, generalem, ut si dixerit venditor, se nolle teneri de servitutibus quæ debebuntur, non ultra operari infertur, quàm ut de ignoratis non teneatur, utpote de quibus emtorem certiorare non potuit, Brunnem. *ad d. l. 39. multò minus protestatio, quod de servitutibus teneri nolit, eum relevabit.* Fr. *ad Tit. de A&. emt. n. 137.* sic enim decipere voluit. Proderit tamen 97.
hæc protestatio ignorantem. Lauterb. *d. t. p. 574.* vid. omnino Fr. *ad Tit. de A&. emt. n. 128.* ubi differentiam inter servitutes personales & reales proponit, simulq; illis, qui de servitutibus prædialibus venditorem teneri propter *l. 50. ff. de C. E. V. l. 69. § 3. ff. de leg. 1.* negant, respondet.

§. 46. Tandem (3.) debet rem venditam liberam præ- 98.
stare à pensationibus, ubi quæ in §. *prac.* de servitutibus dicta sunt

sunt, repetenda erunt, nempe si rem liberam dixerit, sciens & celans ad interesse, ignorans quanti minoris condemnatur, quæ ex præcedentibus repetenda, ne crambembis coctam apponere videamur, vid. Lauterb. *ad Tit. de Añ. emt. p. m. 574.* ubi quod de fundo à pensitationibus libero præstando dictum est, locum non habere asserit (1.) in novis & post venditionem demum impositis, de casibus enim futuris venditor nunquam tenetur. *l. 11. in pr. ff. de Evis. Carpz. P. 2. C. 34. D. 19. Gail. l. 2. O. 52. n. 10.* (2.) in usitatis & publicæ lege impositis, quæ emtori non ignota præsumuntur. *Carpz. P. 2. C. 34. D. 20.*

99: §. 47. Non sufficit autem vendi rem propriam & liberam, nisi quoque in debitâ tradatur qualitate, quæ est vendita. Hinc non debet ei, qui virginem emit, vitiata dari. *l. 11. §. 5. ff. de Añ. emt.* Sed si id à sciente & celante factum est, redhibitio quidem cessat, quia Adiles vitiatam mulierem pro vitiosa & morbidâ non habent, sed actione ex emto ad dissolvendum contractum agitur. *d. l. 11. §. 5. Brunnem. in Comment. ibid. n. 7.* Vid. latius hæc exponentem D. Lauterb. *in Comp. Jur. ad Tit. de Contr. emt. p. 503.* Plurima quidem hic moneri poterant, sed cum ad jam dicta omnia fere referri possint, non immorabimur his prolixius, sed lectorem benevolum remittimus ad Dn. Lauterb. *in Comp. Jur. de Contr. emt. p. 502. C. p. 480.* ubi agit de domo exusta venditâ, quatenus hæc venditio valeat, si sciverit venditor, emtor ignoraverit.

100 §. 48. Non sufficit autem rem talem vendi, qualem hæcenus desideravimus, sed ulterius requiritur, ut justo quoque vendatur pretio; quamvis enim justum pretium ad substantiam hujus contractus non requiratur. *Mant. de tacit. & amb. Convent. l. 4. r. 20. n. 1.* ad Justitiam tamen ejus pertinet. *Lauterb. in Comp. Jur. ad Tit. de Contrah. emt. p. m. 490.* Hinc utut jure Civili læsio usque ad dimidium justî pretii toleretur, attamen quæ dimidium excedit, locum facit remedio *l. 2. C. de Res. Vend. nec aliter toleratur, quam ubi sine proposito fallendi læsio contingit.* *Lauterb. d. c. p. m. 493. Franzk. ibid. n. 233.* Unde non ineleganter quaeritur: an de læsione conqueri possit, cui à sciente minus pretium statutum iri, venditum est frumentum pretio aliquo majori?

majori? Affirmativa placere videtur Brunnera. *ad l. 39. ff. de A. l. n. 3.* ex eo, quod venditor emtorem de eo certiorare debuisset. *arg. d. l. 39.* quod Pinell. *ad l. 2. C. de Resc. Vend. c. 2. n. 22.* Et seq. imprimis verum esse putat (1.) in Consiliario & Officiario, callidè consilia publica in commodum suum vertente (2.) Quando constitutio de taxando frumento intra breve spacium publicanda est, secus, si constitutio longius differenda, tunc enim emtorem interim distrahere & sibi cavere posse. (3.) In foro imprimis conscientia, quod in histerminis facile concedimus, propter *dolo malo* celatam veritatem. Covarr. *c. Peccatum p. 2. §. 4.* Sicut nec id dissentientibus, quos allegat Pinell. *d. l. negamus,* ex *l. 39. de A. l. Em. id male probari, per ea quæ tradit Pinell. d. l.*

§. 49. Huic affinis est quæstio, quam movet idem Pinell. *d. p. 3. c. 2. n. 24.* An de dolo mercatoris agere possit, cui mercator tempore annonæ frumentum vendidit, pretio quidem eo tempore justo, sed cum sciret venditor venturas propediem naves afferentes abundantiam? Quod negat quoad judicia exteriora, cum hæc diligentia negotiativa, non deceptiva sit; cui suffragari videtur, quod læsus propriè dici non possit, cui tempore contractus *de certo* commodo vel damno non constabat. Gail. *l. 2. Obs. §. n. 2.* Lauterb. *in Comp. Jur. ad Tit. de Resc. Vend. p. m. §. 47.* quod in terminis jam adductis eò facilius locum invenire debet, quia naves naufragio perire possent, quamvis in foro conscientia non sincere facere videatur mercator. Pinell. *d. l.*

§. 50. Ejusdem farinae quæstio est, an, qui ignorans verum rei pretium, idem scienti, sed celanti vendidit, ex dolo de læsione agere possit? Quod affirmandum putamus, nunquam securum pronuntiantes emtorem, si verum rei pretium, cum venditor ignoraret, celaverit, quod exemplo gemmæ & libri declarat Pinell. *ad l. 2. C. de Resc. Vend. p. 3. c. 2. §. 23.* Et *p. 2. c. 4. n. 29.* hic enim emtor in dolo est, ut hinc, etiamsi læsio dimidium non excedat, locus tamen sit rescissioni contractus. Pinell. *d. l.* Objici quidem poterat, culpæ suæ hoc imputare debere venditorem, qui veritatem, quam emtor celavit, ab aliis scire

potuit; sed hic dolus emtoris culpæ venditoris præponderabit,
uti ex *Surd. Decis. 149. n. 7.* loquitur *Brunnem. ad l. 14. §. ult. ff. de
Edil. Ed. n. 8. Et ad l. 1. §. 6. ff. eod. n. 3.*

104. §. 51. Ad alia transitum maturare jubent temporis
angustia, non possumus tamen, quin, ut per omnia securitati
emtoris consulatur, unicum adhuc de periculo addamus. Et
quamvis certum sit, periculum rei vendita emtoris esse etiam
ante traditionem, *l. 1. ff. de Peric. Et commod. §. 3. J. de Emt. Vend.*
id tamen post perfectam demum venditionem intelligendum,

105. §. 3. Perficitur autem venditio solo consensu, *pr. J. de Emt. Vend.*
nisi, ut reliquas taceamus exceptiones, de quib. vid. *Lauterb.
in Comp. Jur. ad Tit. de Per. Et commod.* venditio facta sit ad gustum,
Lauterb. d. e. p. 567. quod in dubio factum censetur in rebus quæ
sine degustatione non emuntur. *Fr. d. t. n. 34.* Quod si tamen
expresse sub hac conditione ematur vendatur, ne degustetur,
periculum omne etiam acoris & mucoris est emtoris, *l. 4. §. 1. l.
15. ff. de Peric. Et commod. Fr. d. t. n. 32. Et 33.* nisi venditor vinum non
diutius duraturum scivit & hoc emtorem celavit, *Brunnem. ad
l. 15. ff. de Peric. Et commod. rei vend. n. 4. Struv. Exercit. 23. l. 102.*

106. §. 52. Sed ne venditorem sine auxilio relinquere
videamur, unicum in ejus commodum adduxisse hac vice
sufficiat. Notum est, quod traditionibus, positis terminis
habilibus, dominium transferatur. *l. 20. C. de Pact.* Quod in si-

107. gnem patitur limitationem in emtione venditione, ubi do-
minium in emtorem non transit, nisi pretium venditori so-
lutum, aut alio modo ei satisfactum fuerit. *§. 1. Inst. de Rer. Div.*
Idem est, si fides de pretio habita. *Lauterb. ad Tit. de Act. Emt. p.
m. 588.* Cujus fidei effectus est, quod moto postea concursu, in re
vendita, quamvis adhuc extante, reliquis creditoribus non præ-
feratur venditor; unde cum sæpius jacturam rei suæ patitur ven-
ditor, inde non aliter jam dicta locum habere debent, quam
si tempore contractus emtor adhuc solvendo fuit, quod si au-
tem eo tempore non solvendo fuerit, non præsumitur vendi-
tor dominium transtulisse, ut hinc ipsi jus prælationis ante o-
mnes alios creditores competat. *Marquard. l. 2. c. 2. n. 26. Salgad.
P. 1. C. 9. n. 40. Granevveg. ad Hug. Grot. in Introd. Jur. Belg. l. 2.
p. 5. n. 19.*

p. 5. n. 19. adeo ut à quovis tertio possessore rem repetere possit,
Carpz. P. 1. C. 28. D. 18. Brunnem. de Concurf. cred. c. 5. §. 7. add.
Stryck. in not. ibid.

§. 53. Sed missa nunc tandem venditione ad locatio¹⁰⁸
nem pergimus, brevissimis visuri, quatenus ob celatam ve-
ram rei locatae qualitatē teneatur locator. Et cum in hoc
contractu id agatur, ut liceat conductori re uti, inde patet,
teneri locatorem (i.) si rem alienam locaverit, quamvis enim
locatio rei alienae valeat, l. 7. l. 9. §. fin. ff. Locat. locatorem
tamen id celantem ab omni poena non absolvimus. Distin-
guendum tamen erit inter locatorem ignorantem & scientem,
quamvis enim uterque conductori teneatur ad id quod inter-
est, Franzk. ad Tit. locat. n. 46. quia locator conditionem rei sci-
re debuit, Brunnem. ad l. 19. §. 1. ff. Locat. n. 1. in eo tamen diffe-
runt, quod sciens indistincte ad omne id quod interest conve-
niatur, ignorans autem liberetur, praestando rem aequè com-
modam. l. 9. pr. ff. locat. In quo locatio ab emtione differt, in
qua non auditur venditor rei alienae, si re evicta aliam of-
ferat, cum usus, de quo in locatione agitur, facilius per aequi-
pollens suppleri possit. Fr. ad tit. Locat. n. 49. Ei autem quod
dictum est, teneri locatorem etiam ignorantem ad id quod inter¹⁰⁹
est, non leviter obstat l. 33. ff. Locat. ubi dicitur, quod si ager
locatus publicetur, non ad id quod interest, sed solum ad re-
stitutionem vel remissionem mercedis, pro rata temporis quo
conductor usus non est, locator obligetur; Responder Franzk.
ad Tit. Locat. n. 47. b. l. loqui de casu speciali, rationem autem spe-
cialitatis non addit, quam hanc esse puto, quia sine culpa loca-
toris usus rei conductori impeditus est, quo casu ad nudam
restitutionem mercedis locatorem obligari probat Brunnem.
ad d. l. 33. n. 1. Lauterb. ad Tit. Locat. §. 22.

§. 54. Secundo obligatur locator, si rem vitiosam loca-
verit, l. 19. §. 1. ff. Locat. ut si dolium vitiosum locaverit, & vinum
effluxerit, d. l. 19. Caeterum num hic inter eum qui sciens, & qui
ignorans rem vitiosam locat, distinguendum, non immerito
quaesiveris? Sanè Julianus, teste Ulpiano in l. 13. ff. de Act. emt.
in venditione rei vitiosae hanc distinctionem observandam mo-
net, quod

habet, quod & supra jam probavimus. In locatōne conductio-
ne locus esse videtur per *l. 19. §. 1. ff. Locat.* ubi etiam ignorans ad
refusionem eius quod interest, obligatur, etiam si hoc duplum
excedat. *Franzk. d. r. n. 161. Brunn. ad d. l. 19. n. 3.* Variæ afferun-
tur hic conciliationes, *Zæl. ad Tit. ff. Locat. n. 20. d. l. 19.* de eo ca-
su intelligit, ubi vasa locata sunt ab artifice, ut victore, in quo
ignorantia culpæ annumeratur; quam sententiam latè refutat
Wissenb. Diss. 37. eb. 23. Ipse *JCius* in *d. l. 19.* responsionem no-
bis suppeditare videtur, dum enim inter eum qui dolia
vitiosa locavit, & eum qui saltum pasuum, in quo herba ma-
la nascitur, unde animalia moriuntur, distinguit, illum indistin-
ctè, hunc demum si sciverit, ad interesse adstringens; sine du-
bio ex hac ratione, quia ignorantia herbarum pestiferarum
probabilis, doliorum non item, *Brunnem. ad d. l. 19. n. 2.* eo ipso
distinguere simul intelligitur inter eum qui justè, & qui injustè
ignorat; hic, cujus ignorantia culpæ annumeratur, æq; ac si sci-
verit, ad totum interesse condemnatur; Ille mercedem tan-
tùm remittit, damnum proveniens non præstat. *Vid. Lauterb.*
in Comment. ad Tit. Locat. §. 95. Brunnem. d. l.

S. 55. Sed quamvis plurima adhuc in materia contra-
ctuum monenda restent, dum tamen brevitati studemus, hæc mis-
sa facimus, ad actus judiciales pedem promoturi. Cæterùm
112. nec hic, quod notam mereatur occurrit, nisi in materiâ proba-
tionis, hæc ubi difficilis, ad evitandum pœnam plus petitionis
l. 1. §. seqq. ff. de Interrog. in Jur. fac. *Franzk. ibid. n. 1.* *Lauterb. in*
Comp. Jur. d. r. p. 246. interrogationes coram magistratu, *l. 4. §. 1. ff.*
de Interrog. in jur. fac. fiebant, ad quas num respondere teneat-
ur interrogatus, an verò celare veritatem possit, nam qui in
mentiendo se oneret, dubium non est, *l. 4. pr. ff. d. r. exceptio-*
nem vide in l. 11. §. 3. §. 8. ff. eod. non immeritò dubitatur? Dubi-
tandi rationem si quæras, colligitur ea ex *l. 8. §. 1. ff. de*
Procurat. quod, qui præsens in actu sibi præjudiciali tacet, non vi-
deatur consentire, seu, ut loquitur *Dn. Stryck. ad §. 8. Inst. quib.*
mod. Patr. pot. solv. qui tacet, taceat salvo suo jure; Contrari-
um tamen in hoc casu placuit *JCeo* in *l. 11. §. 4. ff. de Interrog. in jur.*
faciend. additâ ratione, quod, qui omnino non responderet, contu-
max

max, in odium autem contumaciae placuit, cum qui à iudice interrogatus non respondet seu veritatem celat, sibi præjudicare, Carpz. P. I. Conf. 10. D. 16. Stryck. d. l. Brunnem. ad d. l. 11. §. 4. n. 102. hinc tacens pro affirmante, vel negante, prout hoc ei nocivum, habetur. Brunnem. d. l. Jure Canonico per e. 2. de Conf. in 610. 113. respondere nolens pro confesso habetur, vid. Mascard. de Prob. Concl. 1183, quod etiam in Camera observatur. vid. Ord. Cam P. 3. l. 15. Cæterum hanc poenam tacendo veritatem celans aliter non incurrit, quam si ea in specie petita, uti pronuntiatum refert JCtissimus Dn. Mey. P. 3. Dec. 390. & sine rationabili causâ taceat, Mascard. d. Concl. 1183, cui tertium addit Brunnem. ad l. 11. §. 4. ff. de Interrog. in jur. fac. n. 112. ut sc. taciturnitati implicitum sit mendacium, ob solam in respondendo contumaciam neminem condemnandum existimans.

§. 56. Dum probationis facimus mentionem, occurrit casus ab hoc loco non planè alienus, in materiâ instrumentorum, quæ etiam ad probationem produci solent, suntq; vel publica, vel privata; illa variis dicuntur modis, vid. Lauterb. ad Tit. ff. de Fid. Instr. ubi quædam publica dici asserit, quia fiunt à personâ publicâ, hodie, Notario. Ordin. Imp. de Anno. 1512. tit. von Notarien. Sed qui instrumentum à Notario factum asserit, si de eo dubitetur, probare debet. Mascard. de Prob. Concl. 920. n. 6. Quid si autem Notarius inhabilis sit, seu vitio, quod celavit, laboret, num valebit instrumentum ab eo factum? Quod affirmatur, propter l. 3. ff. de Offic. Prator. Secus est in Notario putativo, Lauterb. in Comp. Jur. ad Tit. de Fid. Instr. p. m. 684. Brunnem. ad l. 3. ff. de Off. Prator. Eck. ad Tit. ff. de Fid. Instr. §. 5.

§. 57. Dum finem hujus capituli meditamur, occurrunt adhuc quædam in materiâ delictorum, & sicut in atrocissimo crimine læsæ Majestatis plurima occurrunt singularia, de quibus agitur in l. 6. 7. 8. C. ad L. Jul. Maj. l. 24. ff. de pan. add. Carpz. in Pr. Crim. Qu. 41. l. 1. §. 1. C. ad L. Jul. Maj. Conf. Lauterb. in Comp. Jur. ad Tit. Ad L. Jul. Maj. p. m. 1095. & seq. Ita quoque hoc singulare est, quod qui saltem conscii sunt hujus criminis, idem revelare teneantur. L. 5. §. 6. C. ad L. Jul. Maj. Quia tamen in hoc crimine speciale est, quod accusator, si delictum plene non

F

nè non

nè non probaverit, torqueri debeat, l. 3. C. eod. ibique Brunne-
in Comment. n. 4. non puto confcios ad accusandum adstringen-
dos; sed liberari, si per modum admonitionis & suggestionis
120 privatæ id revelent. Menoch. de Arbitr. Jud. Quæst. l. 2. Cas. 355.
n. 10. & seq. Brunnem. ad L. 5. §. 6. C. Ad Leg. Jul. Maj.

121. §. 58. Simile quicquam in feudis esse volunt, ubi
veritatem celare quandoque prodest, interdum nocet. Sic
si Vasallus secreta Domini revelaverit, seu credentiam mani-
122. festaverit, uti dicitur 1. Feud. 17. feudo privatur, modò hoc do-
losè fiat in damnum Domini. Stryck. Exam. Jur. Feud. c. 23. qv. 9.
Idem est si rem feudalem esse neget, 2. Feud. 26. §. Vasallus. Sed
123. hic quæritur, si Vasallus ipse quidem non neget feudum, sed
tamen sciat à convasallo feudum negari, & id non detegat
Domino, an feudo privari debeat? Non moveremus hanc quæ-
stionem, cujus negativa probatur per textum expressum 2. Feud.
26. §. Vasallus. cujus verba hæc sunt; *alius autem Vasallus, quamvis
hoc sciens non patefaciat, feudum tamen retinet, sed cum hæc
verba à quibusdam Ddribus, quos enumerat Rosenth. de Feud.
Disp. 10. Concl. 32. ad eum casum restringantur, quando Vasallus
alius id ignoranter & levi culpâ non manifestat, ex generalibus
verbis d. §. Vasallus à privatione feudi hoc casu Vasallum excu-
sare volumus. Confer. Zæl. de Feud. p. 10. n. 53. Brunnem. ad l. 11.
§. de Interr. in jur. fac. n. 61.*

124. §. 59. Sed annon, quod de manifestando crimine
læsa Majestatis dictum est, ad omnia alia crimina extenden-
dum sit, hic quærimus? & tantum abest, ut necessitatem hanc
alicui injungamus, ut contrarii potius suasores esse non vere-
amur, nisi injuriarum actione conveniri velit per l. Eum qui
nocentem. 18. pr. ff. de Injur. Quod tamen tunc demum verum,
nisi quis criminis cujusdam autorem antea obscurum & incer-
tum, justo modo manifestum faciat, hic enim ideò conde-
mnari non debet, quia Reip. interest delicta revelari; quate-
nus autem hoc locum habeat? de eo vid. Disp. Dn. Hopp.
de Verit. Convit.

125. §. 60. Ultimo loco de Rescriptis videbimus, quæ
sunt responsa Principis ad relationem aliorum emissa. l. f. c. de
Div. Refcr.

Div. Rescr. & sunt vel Annotationes, vel Epistolae, vel Pragmaticae sanctiones. vid. Lauterb. in Comp. Jur. ad Tit. de Constit. Princip. p. 14. Fr. eod. n. 26. Eck. ibid. §. 3. Ut autem Rescripta effectum sortiantur, requiritur, ut preces impetrantium veritate nitantur, l. f. C. de Div. Rescr. quae clausula ideo Jure Civili semper adjecta seu inserta esse debet, quamvis Jure Canonico subintelligatur. c. 2. X. de Rescr. Vid. Lauterb. in Comment. ad Tit. de Constit. Princip. §. 10. hinc per sub- & obreptionem imperata nullius sunt momenti, Lauterb. in Comp. Jur. d. l. Vocatur autem subreptio quando verum solum taceatur, obreptio autem quando falsum pro vero asseritur. Eck. ad Tit. de de Constit. Princip. §. 4. Et quamvis hanc distinctionem in jure non fundatam esse ex l. sed si hac 10. §. Patronum 2. ff. de in jus voc. l. si fidejussor. 29. §. si cum 2. ff. Mand. §. l. 1. C. si dupe. ex Rescr. per. probare intendat Menoch. l. 2. Arbitr. Quae. Cas. 201. n. 29. & seqq. Alex. Trentac. l. 1. Var. Resolut. tit. de Rescript. Resol. §. n. 1. eam tamen docendi causam retineri posse probat Brunnem. ad l. De etate 11. ff. de Int. in jur. facis. §. d. n. 36.

CAPUT TERTIUM

Quando & quomodo quis invitus ad veritatem manifestandam compelli possit.

SUMMARIA.

Connexio	n. 1.	Testis levis est torquendus	
Testis ad manifestandam veritatem cogi potest.	n. 2.	quam reus.	n. 7.
Modus cogendi testes.	n. 3.	Regula.	n. 8.
An per torturam veritas extorqueri possit?	n. 4.	Clericus ad testimonium dicendum an possit cogi?	n. 9.
Testis vacillans torqueri potest	n. 5.	Quando?	n. 10.
	n. 5.	Confessionem sibi factam sacerdos revelare non tenetur	n. 11.
Quando hoc locum habeat?	n. 6.	Ampliationes.	n. 12.
	F 2		Limi-

Limitatio.	n. 13.	An senes sint cogendi?	n. 17.
Declaratur exemptus.	n. 14.	Aliena jurisdictioni subiectus	
An clerici ad testimonium iura-		quomodo compelli possit?	n. 18.
to dicendum possint cogi?		In delictis atrocioribus, si veritas	
remissive.	n. 15.	aliter haberi nequeat, testes	
Fratres & consanguinei à neces-		aliàs immunes ad veritatem	
sitate testimonij disendi sunt		manifestandã coguntur.	n. 19.
immunes.	n. 16.	Conclusio.	n. 20.

§. 1.

1. Actum fuit in cap. præc. quando & quatenus quis veritatem
 1. A celare possit? restat ut nunc, brevissimis tamen, videamus,
 quando & quomodo quis ad veritatem manifestandam poenã
 ad eam extorquendam directã compelli possit. Habet hoc prin-
 cipaliter locum in testibus, ut reos ipsos jam mittamus, de qui-
 bus in præsentiarum differere nimis prolixum foret, dicta etiam
 2. quaedam sunt hac de re jam supra. Nunc de testibus videamus,
 & cum testimonium dicere inter munera publica referat Eckh.
ad Tit. de Testib. ad quæ aliquis in iudicio cogi poterit, dubium non
est, quin testis, si veritatem celet, ad eandem manifestandam
compelli possit. vid. Wel. ad Tit. de Testib. §. 2. Gail. l. 1. O. 200. n. 1. & seqq.
 3. §. 2. Modum compellendi quod attinet, is varius est,
 vel enim captis pignoribus, vel etiam multæ indictione eò adi-
 4. gi possunt. Wel. *ad Eck. de Testib. §. 2.* Quod si his mediis ad ve-
 ritatem manifestandam se adigi non patiatur, sed pertinaciter
 eandem celet, an non ultimo loco per torturam veritas extor-
 queri possit, variè disputatur? De servo torquendo textus est
in l. 1. §. 1. ff. de Quæstion. in caput tamen Domini torqueri non de-
bet. d. l. 1. §. 5. 7. 8. ff. de Quæst. de teste infami in l. 21. §. 1. ff. de
Testib. hæc leguntur verba: Sicut res conditio est, ubi arenarium
testem vel similem personam admittere cogimur, sine tormentis testi-
monio ejus credendum non est; & de teste vacillante agit JCrusini
 §. 1. 15. pr. ff. de Quæst. Praxim hodiernam quod attinet, tortura ho-
 dienum locum habet in teste vacillante; dicitur autem vacil-
 lare,

lare, quibus non constat, sed timidè dubitanterq; dicit, hæsitat,
& modò negat, quod paulò ante affirmavit. Hipp. de Marfil. in l.
Divus: 9. §. l. ex libero 15. ff. de Quæst. Agid. Boss. in tit. de tort. test.
n. 12. quos citat Zanger de Tort. c. 1. n. 14. Carpz. in Pr. Crimin. p. 3. qv.
119. n. 48. Quamvis qui dissimilia profert rectius dicatur varia-
re. vid. Thabor. de Confron. p. 4. c. 5. tb. 4. p. 218. citatus à Brun-
nem. in Proc. Inquisit. c. 8. membr. 2. n. 77. Cæterùm quæ de teste
torquendo diximus, ea tunc demum locum habent (1.) si testis
negotio interfuerit. l. 13. §. 3 ff. de Quæst. Brunnem. d. l. n. 78. (2.) si
in substantialibus vacillet, secus si in accessoriis. Menoch. de
Præs. l. 1. qv. 89. n. 67. Carpz. P. 3. Quæst. 119 n. 49. Zanger. de Tort. c. 1.
n. 20. §. seqq. (3.) Nisi naturalis ratio eum excusare possit, Zang.
d. l. n. 23 ut si testis ex labili memoriâ erret, & errorem mox cor-
rigat. Carpz. d. l. n. 50. Cui addimus (4.) ut indicis urgentibus
gravatus sit non tantùm ipse testis, sed etiam delinquens, arg. l.
1. pr. ff. de Quæst. ibi: Cum suspectus est reus. Unde etiam de corpo-
re delicti constare debet. Farinac. de Testib. lib. qv. 79. n. 70. §. seqq.
Sed & eo casu ubi testis fiducialis subijci potest, semper levius,
quàm ipse inquisitus, torqveri debet. Zang. de Tort. c. 1. n. 9. Carpz.
Pr. Cr. p. 3. q. 119. n. 10. Brunnem. in Proc. Inquisit. c. 8. membr. 2.
n. 83. & quem hic citat Ambrosin. l. 1. c. 4. n. 17. Excipit Brun-
nem. d. l. n. 82. testem in dignitate constitutum. Carpz. d. Quæst.
119. n. 49. Nos regulâ sequenti b. §. concludimus: In quem quis
invitus testimonium dicere non cogitur, in eum non est tor-
quendus. Brunnem. ad l. 1. ff. de Quæst. n. 5. Cum autem ad testi-
monium dicendum, seu veritatem manifestandam omnes re-
gulariter cogi possint, de illis tantùm quibus hæc necessitas,
adeoque etiam metus coactionis remittitur, nunc brevissimis
quædam dicturi sumus.

§. 3. Et primò de Clericis videbimus, an hi ad testimo-
nium dicendum inviri possint cogi? Affirmare hoc videtur Lau-
terbach. in Comp. Jur. ad Tit. de Test. p. 697. Finckelth. Obs. 95. sed
contrarium videntur asserere Impp. in l. Nec honore 7. de Episcop. &
Cler. additâ ratione, nam persona oneratur, & dignitas sacerdo-
tû eximia confunditur. Carpz. P. 1. C. 16. D. 69. ubi n. 2. testatur, ju-
re

10. re consuetudinario tam Clericos, quam Laicos ad testificandum compelli posse. *Coler. P. 1. Dec. 211. & P. 2. Decif. 241.* Quod tamen ad illum casum communiter restringitur, quando veritas aliter haberi nequit, ut sic coram iudice Ecclesiastico veritatem dicere cogantur. *Gail. l. 1. O. 100. n. 16. Farinae. de Testib. qv. 61. n. 93. Brunnem. ad l. 7. C. de Episcop. & Cler. Nec declinabunt Clerici testimonii dictionem, cum praesumatur contra testem, eo ipso quo testificari recusat, quod velit libenter celare veritatem. Gloss. in c. 2. X. de Testib. Carpz. P. 1. C. 16. Def. 69. quod hoc casu ad peccata mortalia refert Gail. l. 1. Observ. 100. n. 1.*

11. §. 4. Excipiunt communiter confessionem sacerdoti factam, quam ab eo celari posse concludunt propter c. *sacerdos 2. de Penit. Dist. 6. c. si sacerdos 2. X. de Offic. Jud. Ordin. c. Dilectus 13. X. de Excess. Pralat. c. Omnis 12. X. de Penit.* secreta enim confessionis non ut homo, sed ut Dei vicarius scire intelligitur. *Carpz. P. 1. Constit. 16. Def. 70. n. 4. Gail. lib. 1. Obs. 100. n. 8.* ubi hoc

12. ampliat (1) quod Clericus de his interrogatus, sine mendacio recte respondeat de sua ignorantia, nam ut homo & testis ignorat factum super quo interrogatur, verba sunt *Gail. d. l. (2)* Quod procedat etiam in confessione laico tempore necessitatis facta, propterea quia in extrema necessitate loco sacerdotis sit. c. *sanctum de Consecrat. Dist. 4.* Ampliatur (3) ut si sacerdos confessionem sibi factam propalet, fide dignus non habeatur, nec testimonium quicquam operetur, *Menoch. de Praesumpt. qv. 89. n. 26. 27. Mascard. de Probat. Vol. 1. Const. 377. Anton. Fab. in Cod. l. 4. tit. 11. Def. 38. Carpz. P. 1. C. 16. D. 70. n. 2. Mins. Gent. 5. Obs. 41. n. 4.*

13. §. 5. Limitant hoc in delictis committendis. vid. *Reyg. in Thes. jur. voc. Testis. Farin. l. 1. c. 1. tit. 5. qu. 11. n. 130. Dist. Eck. in Comment. ad Tit. ad L. Jul. Majest. §. 16.* Quod exemplo, quo res fiat elarior, demonstrabitur. *Supra in §. 58. c. 2. diximus, quod quisvis conscius Criminis laesae Majestatis idem revelare teneatur, quaeritur, num idem in sacerdote obtineat? Distinguant, inter crimen committendum & commissum, ut illud, non hoc revelare teneatur sacerdos: Distinctionem hanc non procedere putat Eck. d. l. propterea quod delicta committenda non sint objectum confessionis, sed praeterita & commissa.*

missa. Sed hanc distinctionem non simpliciter rejiciendam esse notat Schwend. *ad Eck. d. l. add. Brunnem. ad l. 8. ff. de Testib. An* 15.
autem Clerici eo casu, ubi ad testimonium dicendum cogi possunt, juramento constringi possint? vid. ap. Carpz. *P. 1. C. 16. D. 69.*

§. 6. A necessitate veritatem manifestandi excusantur porro fratres, qui admittuntur, sed non coguntur. Strauch. *Diff. 25. rh. 37.* (Quatenus autem fratres pro fratre admissi probent vid. ap. Carpz. *P. 1. C. 16. D. 53.*) & reliqui consanguinei collaterales, sed ad quem usque gradum? id deciditur in *l. 4. ff. de Testib.* cujus verba hæc sunt: *lege Julia judiciorum publicorum caveatur, ne invito denunciatur, ut testimonium dicat adversus socerum, generum, vitricum, privignum, sobrinam, sobrinam, sobrino natum,* qua lege moventur Ddres, ut statuunt ad sextum & septimum gradum extendendam esse immunitatem à necessitate testimonii dicendi. Strauch. *d. l. Wes. in par. ff. ad Tit. de test. n. 3.*

§. 7. Sed quid de senibus, an & hi quoque cogi possunt? 17.
Negat Strauch. *d. Diff. 25. rh. 17.* propter *l. 8. ff. de Test.* ubi hoc ad valetudinarios extendit; Id quod Dn. Hahn. *ad Wes. Tit. de Test. n. 3.* hætenus verum esse putat, ut non teneantur inviti extra domum suam veritatem manifestare. Confer. Bachov. *ad Wes. ibid.* nec senibus, si memoria eorum adhuc integra sit, amplius quid concedendum existimo. Quis autem senex sit, vid. ap. Brunnem. *ad l. 8. ff. de Testib. n. 1.*

§. 8. Alienæ quoque jurisdictioni subjectus invitus extra forum suum ad veritatem manifestandam compelli nequit, 18.
Carpz. *3. D. 24.* sed in causis civilibus per literas mutui compassus petit. iudex causæ, testem in suo foro examinari & testimonium transmitti. *N. 90. c. 5.* In causâ criminali testis debet transmitti *d. N. 90. c. 5. in fin.* quod hodiè non semper observatur. Lauterb. *ad Tit. de Test. p. m. 690. in fin.*

§. 9. Dantur adhuc variæ personæ, quæ ad veritatem manifestandam cogi non possunt, quas brevitatis studio, 19.
& ne Doctorum, qui has ordine recensent, scrinia nimis compilare videamur, omittimus, illud tantummodò addentes, etiam illos, qui alias testimonium inviti perhibere non coguntur, ad veritatem tamen manifestandam cogi posse, quando veritas,

193
194
195
196
197
198
199
200
201
202
203
204
205
206
207
208
209
210
211
212
213
214
215
216
217
218
219
220
221
222
223
224
225
226
227
228
229
230
231
232
233
234
235
236
237
238
239
240
241
242
243
244
245
246
247
248
249
250
251
252
253
254
255
256
257
258
259
260
261
262
263
264
265
266
267
268
269
270
271
272
273
274
275
276
277
278
279
280
281
282
283
284
285
286
287
288
289
290
291
292
293
294
295
296
297
298
299
300
301
302
303
304
305
306
307
308
309
310
311
312
313
314
315
316
317
318
319
320
321
322
323
324
325
326
327
328
329
330
331
332
333
334
335
336
337
338
339
340
341
342
343
344
345
346
347
348
349
350
351
352
353
354
355
356
357
358
359
360
361
362
363
364
365
366
367
368
369
370
371
372
373
374
375
376
377
378
379
380
381
382
383
384
385
386
387
388
389
390
391
392
393
394
395
396
397
398
399
400
401
402
403
404
405
406
407
408
409
410
411
412
413
414
415
416
417
418
419
420
421
422
423
424
425
426
427
428
429
430
431
432
433
434
435
436
437
438
439
440
441
442
443
444
445
446
447
448
449
450
451
452
453
454
455
456
457
458
459
460
461
462
463
464
465
466
467
468
469
470
471
472
473
474
475
476
477
478
479
480
481
482
483
484
485
486
487
488
489
490
491
492
493
494
495
496
497
498
499
500
501
502
503
504
505
506
507
508
509
510
511
512
513
514
515
516
517
518
519
520
521
522
523
524
525
526
527
528
529
530
531
532
533
534
535
536
537
538
539
540
541
542
543
544
545
546
547
548
549
550
551
552
553
554
555
556
557
558
559
560
561
562
563
564
565
566
567
568
569
570
571
572
573
574
575
576
577
578
579
580
581
582
583
584
585
586
587
588
589
590
591
592
593
594
595
596
597
598
599
600
601
602
603
604
605
606
607
608
609
610
611
612
613
614
615
616
617
618
619
620
621
622
623
624
625
626
627
628
629
630
631
632
633
634
635
636
637
638
639
640
641
642
643
644
645
646
647
648
649
650
651
652
653
654
655
656
657
658
659
660
661
662
663
664
665
666
667
668
669
670
671
672
673
674
675
676
677
678
679
680
681
682
683
684
685
686
687
688
689
690
691
692
693
694
695
696
697
698
699
700
701
702
703
704
705
706
707
708
709
710
711
712
713
714
715
716
717
718
719
720
721
722
723
724
725
726
727
728
729
730
731
732
733
734
735
736
737
738
739
740
741
742
743
744
745
746
747
748
749
750
751
752
753
754
755
756
757
758
759
760
761
762
763
764
765
766
767
768
769
770
771
772
773
774
775
776
777
778
779
780
781
782
783
784
785
786
787
788
789
790
791
792
793
794
795
796
797
798
799
800
801
802
803
804
805
806
807
808
809
810
811
812
813
814
815
816
817
818
819
820
821
822
823
824
825
826
827
828
829
830
831
832
833
834
835
836
837
838
839
840
841
842
843
844
845
846
847
848
849
850
851
852
853
854
855
856
857
858
859
860
861
862
863
864
865
866
867
868
869
870
871
872
873
874
875
876
877
878
879
880
881
882
883
884
885
886
887
888
889
890
891
892
893
894
895
896
897
898
899
900
901
902
903
904
905
906
907
908
909
910
911
912
913
914
915
916
917
918
919
920
921
922
923
924
925
926
927
928
929
930
931
932
933
934
935
936
937
938
939
940
941
942
943
944
945
946
947
948
949
950
951
952
953
954
955
956
957
958
959
960
961
962
963
964
965
966
967
968
969
970
971
972
973
974
975
976
977
978
979
980
981
982
983
984
985
986
987
988
989
990
991
992
993
994
995
996
997
998
999
1000

193 aliter haberi nequit in delictis atrocioribus. *Brunnem in Proc. In 3a sic. c. 8. membr. 2. n. 38.* Veritatem autem aliter haberi non posse dicitur, non ex eo, quod testes alii actu non intervenerint, *Carpz. P. 1. C. 16. D. 73.* sed si propter delicti qualitatem, loci & temporis circumstantias alii testes non potuerint intervenire. *Eck. ad Tit. ff. de Test. §. 3. Carpz. l. 3. R. 89. n. 21.* Huc refertur crimen adulterii, partus suppositi, & alia, de quibus *Menoch. de Arb. Jud. Quæst. l. 2. cas. 116.* *Prosp. Farin. de Test. Qu. 62. n. 62.* *Mascard. de Prob. Vol. 3. Concl. 1359. n. 9.* *Menoch. de Prasumpt. l. 1. qv. 58.* *Carpz in Pr. Cr. l. 3. qv. 114. n. 35. §. fgg.*


20. §. 10. Plurima quidem adhuc addi poterant, sed temporis angustia colophonem imponere jubent, hinc nihil restat, nisi ut Deo T. O. M. grates pro præstito auxilio agamus devotas, eique studia porro nostra commendemus.


FINIS.



38. Hütel, de compet. fore violantium privilegium caes. de non
appellando.

39. Hütel, de adis dual positionum ex vario jure variaram.







Medici, constituti, juxta ANTHON. FA
Cod. L. 9. Tit. 29. Def. 10. vocantur Clari
KLOCK. Vol. 3. Conf. 144. n. 17. æquiparantur
bilibus, TIRAQUELL. De Nobilitat. c. 26. no
cuntur de Rep. optimè meriti. COTHMANN
Acad. 14. n. 17. & meliorem ducere vitam, q
Religiosi & Prædicatores. CARPZ. Lib. 3. Res
Sed non omnes, quibus Advocati nomen trib
his insigniri merentur titulis, non dicam d
qui, wan sie nur ein supplicatum auffsehen kö
statim à partibus dicuntur Advocati, rectius, S
basen / Gatmetiers, sed de illis tantum qui
merum Advocatorum quidem recepti, suo
munere non recte funguntur. Temporis &
larum angustia non permittit, accuratè om
censere, multo minus pertractare, quænam ad
um boni, & de Rep. bene meriti Advocati req
tur, binis quædam dicam: Advocatus, ante
causam defendendam suscipit, fundament
probe examinare debet, si enim quam scit in
suscepit, aut quam in progressu talem esse r
nec deserit, non est, nisi in malo sensu, Clar
non optimè sed pessimè de Rep. meritis, co
tiam vulneravit, litigantium pecuniam in
damnum, sui verò commodum perdidit; S
in causa quantumvis justa, titulos superius ad
merentur Advocati, qui causam non fidelit
tractant, sed bursæ, non conscientie habent
nem, quo fine tot aliquando petuntur dil
nisi ad protelandam litem, da bekömpft d
Advocatus vor eine Frist - Bitte 168. abused

